qz sēsus nō sunt nati cognoscere ea ꝓz q sunt tales sensus solū vel talis aialis. s. bois. ꝙz ꝓz q sūt sēsus per nām cōmunē pluribus sensibus in pluribus animalibus. nō eni solū hō per visū cognoscit magnitudinē sed etiam q̄dam alia animalia. cuius signū potest esse. qz canis velocius mouet ad cibū maioris quantitatis ceteris paribus. vt si cani famelico offerātur duo frusta carniu quoꝝ vnū sit maioris quātitatis q̄ reliquū dum non possit ambo accipere citius ibit ad maius q̄ ad minus qō non faceret nisi aliquo modo cognosceret magnitudinem. ⁊ verisimile est de alys sensibus cōmunibus q aliqualiter ab alys animalibus cognoscantur ⁊ p̄cipue de motu aut quiete. qz videmus q canis videns dominū suū ambulantē vadit post eū ⁊ quiescētē quiescit. ⁊ hoc spāliter est verū in canibus disciplinatis. sil'r aūt est de multis alys. q̄re ⁊c. Et istas rōes intellexit Cōmen. vt ꝑz inspicienti verba eius. cū enim dixit q ista sūt ꝓpria sensui cōmuni non accepit sensum cōmunē ꝓ illa. potentia ad quā terminantur omnes imutationes sensuū ꝓpriorz. sed intendit q ipsi sensus habent cognoscere ipsa sensibilia cōmunia ꝑ naturā cōmunes oībus sensibus aut pluribus nō secūdū q sunt sensus talis aialis p̄cise. Tria enim istoꝝ sensibiliū sentiūtur ab oībus sensibus. motus ges ⁊ numerus. duo aūt eoꝝ. s. figura ⁊ magnitudo sunt cōmunia visui ⁊ tactui tantū vt dicit Cōmen. ⁊ secūdū hoc intelligēda sūt verba Cōmen. in isto capitulo vbi dicit sic. Quoniā aūt sensibilia. s. communia sunt attributa sensibus essentialiter manifestū est. nō enim possumus attribuere cōprehensiones sensuū eius alio modo ab eo q sunt sensus. hec igit est intētio eius ⁊ qō accidētaliter est oppositū ei qō est essentialiter. ista enim sunt cōprehensibilia sensuū secūdū q sunt sensus nō secūdū q sint alig sensus. Et ꝓ istā reduplicationē secūdū q sensus intelligit Cōmen. naturam cōmunem pluribus sensibus pluriū aialiū aut oībus. Cōsiderandū est etiā diligēter q licet ista ꝑ se sint sensibilia modis p̄dictis tamen non sūt sensibilia p̄mo. qz si sensibile cōmune esset sensibile p̄mo aut esset sensibile p̄mo p̄mitate cōmunitatis. aut p̄mitate p̄ncipalitatis. non p̄mo modo. qz passio que debetur alicui p̄mo p̄mitate cōmunitatis debet omnibus alys q bus ineſt ꝑ naturā illius vt patet ꝛducēdo: risibilitas enim q̄ ineſt homini p̄mo ineſt oībus alys ꝑ naturam hois. ⁊ habere tres ⁊c. ꝑ naturā triāguli. ⁊ hec est intentio ari. p̄mo posterioꝝ. modo esse sensibile nō ineſt sēsibili ꝓpter ꝑ naturā sensibilis cōmunis. qz cū sensibile cōmune sit aliud essentialiter a ꝓpria vt manifestū est. sequeret q sensibile ꝓpriū nō esset ꝑ se sensibile. sed p accidēs qō est absurdū. nec est dicēdū q sensibilia communia sint sensibilia p̄mo ordine p̄ncipalitatis siue dignitatis īmo magis sensibilia ꝓpria secūdū cōmunē doctrinā. qz sensus particularis nō distīguit ꝼm distinctionē sensibiliū cōmuniū. ꝙz ꝼm distīctiones sensibiliū ꝓpriorz ita q vn nſg sqz sensus particularis natus est cognoscere vnū genus sensibilis ꝓpriū ⁊ nō aliud. vt dicit ī littera. qō non sic est de sensibilibus cōmunibus. īmo vnus sensus natus est cognoscere plura sensibilia coīa vt ꝑz ex dictis. vel saltē plura sēsibilia cōmunia possūt puenire ad sensū mediāte vno organo particulari. vt figura ⁊ motus mediāte oculo. sil'r aūt ⁊ alys. credo tn q sicut nō est idē videre colorē ⁊ videre figurā sic non est idē posse videre colorē ⁊ posse videre figurā. ⁊ sic de ceteris suo modo. ꝙz nūq̄z plura genera sensibiliū ꝓpriorz faciūt spēs suas ī eodē organo particulari. vt color non facit suam speciem in aerem vel in aurem connaturalem auditui nec sonus in oculo. similiter autē ⁊ in alys hō. ¶ Ulterius est intelligēdum q q̄uis ista sensibilia cōmunia sint per se sensibilia vt p̄dictum est et q̄uis etiam faciant suas intentiones in sensibus particularibus vt videtur velle ari. in z. huius. vbi allegabat ꝑ tamen non faciunt species suas in sensibus particularibus. nisi sint dispositi spēbus sensibiliū ꝓpriorū cuius manifestū est signum q q̄uis aliquod corpus moueatur ⁊ sit sufficienter p̄sens auditui. si tamē non facit aliquem sonuz in motu suo non percipitu per auditū motus eius. sil'r aūt est de ipso visu. naz q̄uis aliqō corpus esset motū velociter. tn visus ñ iudicaret illud moueri nisi illud corpus esset coloratū aut luminosū ita q spēs luminis aut coloris disponeret visū ad recipiēduz spēz motus. Unde forte hec est cā q̄re per visū nō percipimus motū ignis in sua ꝓpria spera q̄uis realiter ⁊ velociter moueat ibidē vt dicit in ꝑmo metheorz. hoc eni est ꝓ tāto qz ignis in sua spera nō lucet vt dic Cōmē in suo libro de sensu ⁊ sēsato. ⁊ Albertus declarat ī ꝑmo metheorū. nec est corpus coloratū cū sit simplex elementū. Et siquis dicat q hec non est causa. ꝙz nimia distantia ignis a visu hoc nō videt rōabile. qz q̄uis ignis in ꝛcauo celi exñs sit multū distans a nobis. tamē ipse est tāte q̄titatis q eius distātia nō deberet ipz ipedire qn videret si per solū suū motū posset facere spēz i visu sine spē colōris. īmo etiā credo q si aliqua magna quātitas ignis puri nō lucentis nec colorati esset sufficienter ꝓpinqua visui ⁊ moueret surſū nō tamen visus eā p̄ciperet. ⁊ hoc ꝑz ꝓ experientiā satis. nā multotiēs ab aliquibus corporibus resoluunt fumi subtiles q mouent localiter. ⁊ tn visus nō percipit eos ꝙz ꝛincit per rōem certā ita esse. vt apparet in multis effectibus nālibus ⁊ spāliter in exalatione que est cā venti ⁊ de alys hō.

¶ Ad ꝓmā rōem cū dicit illud quod est ꝛiunctū alteri ⁊c. verū est si sic est ꝛiunctū accūtal'r q nō cognoscat a sensu particulari. nec sēsibilia sint ei ꝛiuncta necessario. sed si sint necessario ⁊ cū hoc cognoscat a sensu particulari sic potest esse per se sēsibile ⁊ sic est de istis vt dcz est. ¶ Ad aliā potest dici q obiectū visus ⁊ ꝓpriuz ⁊ ꝓprium bene est color. ꝙz obiectū simpliciter ꝑmuz eius ꝓprimitate coītatis non est ꝓpriū color ꝙz visibile. est autez visibile per sui naturā illud quod facit suā spēz in visu. Uel potest dici aliter q illud quod non est ꝓprimuz obiectum ⁊c. verum est q tale non est sensibile p̄mo sed potest esse sensibile non p̄mo vel secundario ⁊ sic est de istis. Uel dicatur q nullum istoꝝ sensibilium cōmuniuꝫ continetur sub p̄mo obiecto sensus particularis secundum q est talis sensus particularis. sed bene continetur sub obiecto cuiuslibet eoꝝ vel pluriū secundum q sunt sensus vel secundum q communicant in aliqua communi natura ipsius sēsus. verbi gratia. motus q̄uis non contineatur sub obiecto visus ꝓprimo secundū q visus. tamē bene cōtinet sub obo visus ꝼm q est sensus. obiectū. n. ꝑmū sensus ꝼz q sensus est illud qō cognoscit ab ipso sensu. quare ⁊c. ¶ Ad aliā ꝑz ex dictis. q eni sensibile cōmune sit sēsibile per sēsibile ꝓpriū nō sic est intelligēdū. q sensibile ꝓpriū sit formale p̄ncipiū q sensibile cōmune sit sensibile. ꝙz quoniam ipsum sensibile ꝓprium disponit sensum ad recipiēdū speciē sensibilis cōmunis vt ꝓius dictum est. ¶ Ad aliā dicēdū q sensibile cōe est sensibile per se nō p̄mo. ⁊ cuz arguitur contra hoc q illud quod est tale per se non p̄mo ⁊c. potest dici q verū est. sed sensibile

ppriū nō est sensibile ꝑmo ꝑmitate coītatis nisi respectu sensus particularis vt talis est. non respectu sensus vt sensus. Si autem queratur quid est primū sensibile ꝑmitate coītatis respectu ipsius sēsus vt sensus est. dici. potest ꝙ illud primū obiectū cui ꝑmo debet esse sēsibile a sēsu vt sensus est nō est notatū vno notie precise sub vna rōne absoluta. ſz pōt circūscribi ꝙ illud est forma nata facere speciē in sensu vel aliquo alio mō. ¶ Ad aliā dicendū ꝙ entia mathematica nō sunt sēsibilia ꝑ se ꝑmo. sed bñ sūt sensibilia ꝑ se nō primo nec a talibus sēsibilibus sunt abstracta. ¶ Ad aliud pōt dici negādo minorē. ⁊ cū dicitur ꝙ recipiēs ⁊c. dico ꝙ ipsū mediū ⁊ organū bene habent magnitudinē ƒz esse reale. ſz non habent eā ƒz esse itentionale vel spūale. ⁊ si hz eam ƒz esse spūale sicut cū aliqua magnitudo imutat ipz actu tñ illa spēs vel itentio non est idē essentialiter cū ipso medio vel organo nec cū eius potentia nāli nec recipit rōe illius itentionis quā hz in se. ſz rōe alterius potentie nālis q̄ est essentialr alia ab illa intentiōe. ¶ Si aūt aliquis instet sic. illud qō habet aliquā formā realiter nō recipit ipsā spūaliter. mō ipz mediū ⁊ organū sensuꝫ habent magnitudinē realiter vt manifestū est. q̄re ⁊c. ¶ Forte est dicēdū ꝙ illud qō hz ⁊c. vez est vnā ⁊ eandē formā nūero quā realiter habet nō recipit spūaliter sed aliā potest recipere vel saltē speciē alterius. ¶ Uel aliter dicendū est ꝙ illud qō habet ⁊c. vez est rōe illius forme quā habet realiter nō recipit speciē alterius eiusdē spēi ita ꝙ forma aliqua nō est alicui subiecto rō recipiendi itentionē forme eiusdē spēi. ſz rōe alterius potentie pōt recipe talē intentionē. vez est ergo ꝙ ipz mediū habens realiter magnitudinē nō recipit spēm magnitudinis rōe ipsius magnitudinis ſz rōe alicuius alterius potentie nālis. ⁊ hoc bñ sufficit. ¶ Ad aliā pōt dici ꝓbabiliter ꝙ itentio magnitudinis est eiusdē gn̄is cū ipa magnitudie ⁊ eiusdē spēi cū magnitudine obiecti ⁊ cū ea que est medy. ipsū autē mediū aliter hz magnitudinē anteq̄z imutet ab obiecto ⁊ post. nā prius habebat magnitudinē realiter siue ƒz esse reale. ⁊ postea hz eā ƒz esse spūale. Qualiter aūt differt esse reale forme ab esse spūali videbit post. Sz de itētione motus localis si facit itentionē in medio ⁊ in organo ⁊ sensu bñ est dubiū qualiter illa sit eiusdē spēi cū illo motu. et oꝫ ꝙ ipsū mediū imutatū a motu locali moueat localiter nisi forte diceret ꝙ iste forme spūales nō habent noīare subiecta in ꝙbus spūaliter hñt esse. Sz hoc est mirabile ꝙ aliqua forma accñtalis esset in aliquo subo ⁊ nō daret ei aliq̄ō esse formaliter. Diceret aūt aliq̄s ꝙ mediū imutatū a motu locali vel a corpe q̄ō localiter mouet bñ mouet motu spūali ⁊ itentionali ⁊ hz aliud ⁊ aliud vbi spūale repñtans aliud ⁊ aliud vbi corpis realr moti ⁊ hz fluxū quendā spirituale repzesentantē fluxū realē illius corpozis. ⁊ vtinā ego scirez veritatē hnius scie demōstratiue. ¶ Ad aliud cū arguit spāliter de motu pōt dici ꝙ idiuisibile nō sentit tanq̄z per se subsistēs seorsū ⁊ diuisiz. sed bene sētit tanq̄z ens in aliquo diuisibili ⁊ hocnō negaret ari. ¶ Uel dicatur ꝙ quāuis mutatū esse sit idiuisibile ƒz mutationē q̄z mutatū esse nō est in mobili dū mouet nisi in instanti. tamen non est idiuisibile ƒm magnitudinē sicut nec ipsū mobile nec actus ƒz ꝙ est motus ſz diuisibile. ⁊ hoc sufficit ad ppositū. ¶ Ad aliā de vnitate silr pōt dici ꝙ ſz ipsa sit idiuisibilis tamen non est per se subsistens ⁊ seorsū ⁊ diuisiz sed in alio. ⁊ tale idiuisibile nihil phibet esse ꝑ se sēsibile. Uel dicat ꝙ vnitas est indiuisibilis quantū ad formale. vnde sumit rō vnitatis ⁊ vnius. ſ. quantū ad ipaz diuisionē. indiuisio enim non recipit diuisionē nec ꝑ se nec per accñs. cū vnū oppositoꝫ nō recipiat alterz. Sz ipsa vnitas quantū ad illud qō ipsa est ⁊ quātū ad illud qō significat nomine vnitatis bene est diuisibilis saltē per accidens precipue si poneretur ꝙ vnitas essentialiter esset cōtinuitas ⁊ indiuisio sicut videtur cōcedere illi q dicūt ꝙ vnū subiectū est essentialiter cōtinuum ⁊ indiuisū. ¶ Ad aliud qō dicit Cōmen. ꝙ quātitates ⁊c. vez est actione ⁊ passione reali ⁊ corruptiua que est cū abiectione cōtrary. sed bene sunt actiue actione spirituali ⁊ perfectiua. ¶ Ad aliā de gete cōsiderandū est ꝙ quies prout est priuatio motus non est per se sensibilis sic ꝙ per sui naturā generet aliquid in sensu. aliter eniz nō ens ageret aliq̄ō positiuū ꝑ se. Sed forte ipsa est sensibilis ꝑ se pro tanto. qz sensibilia propria sunt ei necessario cōiūcta. nō est enim aliq̄ō corpus colozatū aut lucidū aut quacūq̄z qualitate sensibili informatum quin ipsum quiescat aliqua quiete. vt celum quāuis semper moueatur aliqua circulatione tamen cū est sub vna circulatione nō est sub alia. ſ. sub futura ⁊ sic aliquo modo quiescit. Similiter aliquod corpus q̄ō mouetur motu sursum ⁊ potest moueri motu deorsū dū mouet sursuz quiescit quiete opposita motui deorsum aliquo modo inquantū non mouet illo motu ⁊ potest moueri. sic aūt est in alys hȝ. ¶ Sed cū querit an ipsa quies sentiatur ꝑ suā speciē aut ꝑ spēz motus. pōt dici ꝙ sentitur ꝑ spēz motus nō quidē primo. sed secūdario. ⁊ hoc cōtingit cū ipsuz mobile nō mouet actu. sed fuit motū prius ⁊ post quiescit. ⁊ cuz dicitur ꝙ sensus particularis non habet speciē motus post ꝙ cessauit motus. potest dici ꝙ verū est per aliquod magnuz tēpus sed aliquo paruo tēpore post ipsum motū potest reseruari species motus in sensu particulari ⁊ tunc cognoscit ipsam quietē. Uel dicat ꝙ sensus particularis nō reseruat speciez rei in organo exteriozi. sicut visus non seruat nec retinet speciē coloris in oculo. sic aūt ⁊ in alys. sed bene retinet speciez sui obiecti interius in organo interiozi ⁊ radicali saltē per aliquod tempus paruū ⁊ per hȝ speciē motus inquantum ipsa est species motus preteriti cognoscitur quies opposita illi motui scilicet negatio eius i subiecto apto nato. Sed ista non sufficiunt. quia ipsa quies bene sentit in aliquo magno tempore. sicut videns lapidē quiescere per totam diem. Et est aliter dicendum ꝙ visus non cognoscit quietem per speciem motus reseruataz in ipso visu. potest tamen eam cognoscere per speciem motus factam in ipso reseruatam per virtutem imaginatiuam. Aliter dicūt aliqui ꝙ sensus particularis nō potest cognoscere quietem que est negatio motus. sed cognoscit quietez pro quanto cōgnoscit esse alicuius mobilis in aliquo loco vel vbi. cui quidem esse non est cōiunctus fluxus ipsius mobilis de vno vbi ad aliud. illā tamen negationem fluxus non cognoscit sensus particularis. sed sensus interior. sicut cogitatiua in homine ⁊ estimatiua in brutis. ⁊ hoc est bñ ꝓbabile vt mihi videt. Hec sūt q̄ potui ꝯgregare de hac difficili qōe ⁊ ab alys paz accepi declaratū. quare ⁊c. ¶ Qō. XIX.

c Uius quidem est visus hoc est visibile ⁊c. ¶ Queritur hic primo. Utrū lux conferat colori formam vel habitum per quam vel per quē moueat mediū ⁊ visū. Et arguit primo ꝙ sic. qz sicut se hz itellectus agēs ad fantasmata sic lumē ad colozes. hac silitudine vtitur ari. in 3°. huius. ſz itellectus

agens ꝓfert formã ꝛ habitũ quo fãtasmata mouẽt ītel
lectũ vt dicit̃ 3º huius.ḡre ꝛc. Itẽ ꝓbat̃ ꝑ exp̃imẽtuz.
nã oculus exñs in tenebꝛis videt colozes exñtes i lumi
ne.vt patet ſigs exñs i camera obſcura reſpiciat ꝑ foza
mẽ videbit ea q̃ ſũt extra manifeſte.ſz oculus exñs i lu
mine non videbit ea q̃ ſũt in tenebꝛis vt manifeſtũ eſt
ad ſenſũ.hoc aũt nõ videt̃ ꝓtingere ꝑ alio niſi qꝛ lux ꝑ
bet colozi exiſtẽti in luce formã q̃ mouet viſũ ꝛ nõ colo
ri q eſt in tenebꝛis.quare ꝛc. Itẽ lumẽ eſt neceſſariũ
ad viſionẽ colozis vt ꝓz ad ſenſũ.aut ergo regrit̃ ꝓpter
informãdos colozes.aut ad diſponẽdũ mediũ ad rece
ptionẽ colozis ꝑ ſufficientẽ diuiſionẽ.ſi ꝓmo mõ habeẽ
intẽtio.ſi 2º mõ hoc videt̃ inconueniens eſſe.qꝛ idẽ eſt
agẽs vel generans inducẽs formã ꝛ diſponẽs materiã
fm Cõmẽ.7º metaph̃. Si igit̃ colozꝑ ſuã formã gene
rat intẽtionẽ ſuã in medio.videt̃ etiã q̃ debet diſpone
re mediũ ad ſui ſpẽl receptionẽ.quare ꝛc. Oppoſituz
arguit̃ auctozitate Cõmẽ.hic.vult enim Cõmen.q̃ lu
mẽ nõ largit̃ colozi habitũ ꝑ quẽ moueat mediũ ꝛ viſũ.
Dicẽdum bꝛeuiter q̃ nõ.ꝓbat̃ ratione Cõmẽ.ſic.Si
enim lumẽ daret colozi formam qua moueret viſum ꝛ
mediũ tũc colozꝛ non eſſet viſibilis ꝑ ſe.ſed ꝑ accñs.hoc
eſt contra ari.in ꝓncipio huius capituli.vult enim pla
ne q̃ colozꝛ eſt per ſe viſibilis in 2º modo dicendi per ſe.
ꝛ ꝓña manifeſta eſt.qð enim debeẽ alicui ꝑ formaz ſibi
ab extrinſeco ſuperuenientẽ nõ debeẽ ei per ſe.ſed per
accidens ꝓcipue ſi illa forma ſit ſeparabilis ab illo.
Itẽ poſſet argui ꝑ ſi'e.nã ſicut ſonus ſe bz ad hoc q̃
ſit audibilis.ſic colozꝛ ad hoc q̃ ſit viſibilis.mõ nõ inue
nit̃ aliqð agens qð imꝓmat ſono formã aliquã ꝑ quã
moueat auditũ ímo ipſe ſonus per ſuã nãz imutat au
ditũ.qð enĩ eſſet illud mouẽs vel agẽs? Non eſt dicen
dũ q̃ ſit lumẽ qꝛ ẽt in tenebꝛis auditur ſonus.ḡre ꝛc.
Intelligẽdũ tñ eſt q̃ lumẽ neceſſario regrit̃ ad viſio
nẽ colozis.qꝛ ad hoc q̃ mediũ immutet̃ a colozꝛ regrit̃
q̃ ſit determinate ꝓparatũ ꝛ diſpoſituz ꝛ hꝫ diſpoſi
tio eſt ipſũ lumẽ. Uñ lumẽ exigit̃ ex ꝑte medy ꝛ orgaꝫ
Quidã vero dubitauerunt cõtra iſtud vt tãgit Cõmẽ.
nã oẽ recipiens oz eſſe denudatũ a natura recepti.nũc
aũt ipſum mediũ illuminatum non eſt denudatum a
colozꝛ qꝛ illuminatio eius eſt aliquis colozꝛ vt dixerũt.
ꝛ hoc videt̃ velle ari.in littera.igit̃ ipſũ mediũ illumi
natũ non recipit colozẽ.ꝛ ſic lumen nõ regritur ex ꝑte
medy vt diſpoſitio medy ad recipiendũ colozez. Ad
iſtud reſpondet Cõmen.concedendo maiozẽ.iſta enim
ꝓpoſitione vtitur ari.tam in receptione ſpirituali q̃z
coꝛpali.nihil enim recipit ſeipm nec eſt cauſa alicuius
in recipiendo ſeipſuz. Unde indubitanter recipiens vt
recipiens eſt debet eſſe denudatuz ab eo quod recipit
vel eſſentialiter.ita q̃ eius eſſentia non ſit eadem cum
eſſentia recepti vel ſecundũ ſubſiſtentiã ita q̃ etiã non
habeat ipſũ receptũ ſibi cõiunctũ ante receptionẽ nec
aliquid de ſpecie recepti.Et cũ dicitur in minoꝛi q̃ me
diũ illuminatũ nõ eſt denudatũ a colozꝛ.dicendum q̃
ímo poteſt eſſe.ꝛ cũ dicit̃ q̃ illuminatio eius eſt aliquiꝫ
colozꝛ.hoc negat Cõmen.qꝛ licet colozꝛ cauſetur a lumi
ne.tamen differt ab eo in diffinitione ꝛ eſſentialiter. lu
men enĩz eſt actus diaphani interminati .i. nõ cõmixti
cũ opaco terreſtri.ſz colozꝛ eſt actus terminati.i.diapha
ni cũ opaco terreſtri vt habet videri ſuper libꝛo de ſen
ſu ꝛ ſenſato.nec eſt intẽtio ari.q̃ lumẽ ſit colozꝛ diapha
ni ꝓpꝛie ꝛ ſtricte loquẽdo de colozꝛ.ſed ſecũdũ ſimili
tudinẽ.qꝛ ſicut colozꝛ eſt actus diaphani terminati quo
videtur iſtz diaphanũ aut quo mediãte imutat̃ ab iſto
colozꝛ ꝓpꝛie dicto.ideo non valet iſta dubitatio. Ad
ꝑmã rationẽ dicit̃ q̃ de itellectu agẽte ad fantaſmata
ꝛ de lumine ad colozes vno mõ eſt ſil'e ꝛ alio mõ eſt diſ
ſimile.ſil'e eſt in hoc.qꝛ ſicut fantaſmata nõ mouẽt in
tellectũ ad itelligẽdũ rẽ fantaſiatã ſine ꝑtia intelle
ctus agẽtis.ſic etiã colozes nõ mouẽt viſũ ad videndum
ſine ꝑtia luminis.Sz i alio eſt diſſimile qꝛ fãtaſmata ſũt
res coꝛpozales.i.i coꝛpoze exiſtentes.itellectus aũt eſt
icoꝛpoꝛeus vt ꝓz i tertio huius.ꝛ ideo fantaſmata non
ꝑñt agere ſpẽz aliq̃z in itellectu niſi cooperante aliquo
agẽte ꝓncipali ꝛ imãli.ſ.itellectu agente.Sed viſus eſt
virtus coꝛpozea ꝛ vl'r oẽs ſenſus.ꝛ ideo ad hoc q̃ recipi
at ſpẽz colozis ab ipſo colozꝛ nõ exigit̃ aliqð aliud agẽs
ꝛ ipzimẽs hꝫ ſpẽz.ſz ſolũ diſponẽs ſubiectũ ad eius re
ceptionẽ.ꝛ qð accipit̃ ab ari.i tertio huiuſ.q̃ lumẽ facit
potẽtia colozes actu colozes.dicẽdum q̃ ipſe dicit hoc
exẽplificãdo.de exẽplo aũt nõ regrit̃ verificatio.ſz ma
nifeſtatio vt dicit hic Cõmen.ꝛ de hoc plus videbit̃ in
tertio. Ad aliã dico bꝛeuiter q̃ oculus exñs i loco te
nebꝛoſo bñ videt qñq̃z ea q̃ ſũt i lumine ꝛ nõ ecõuerſo.
ſz hoc nõ eſt ꝓpter illã cãz q̃ aſſignata eſt i arguẽdo.ſed
ꝓpter iſtã cauſã.qꝛ mediũ qð eſt iter oculũ exñtẽ i tene
bꝛis ꝛ colozes exteriozes exñtes i lumine qñq̃z eſt ſuffi
cienter diſpoſitum a colozibus vſq̃z ad viſum ad hoc q̃
a colozibus immutetur ſed non econuerſo. Medium
enim quod eſt inter obiectum vel oculum exiſtentem
in lumine ꝛ colozes exiſtentes in tenebꝛis nõ eſt ſuffi
cienter illuminatũ vſq̃z ad viſũ. Unde colozꝛ qui eſt in
tenebꝛa non poteſt generare ſpeciẽ ſuã in medio ſibi ꝑ
ꝓximo ꝛ contiguo quia non eſt illuminatũ ſufficienter.
ꝛ per conſequens nec in parte medy diſtante.ꝛ ideo nõ
videtur. Sed colozꝛ qui eſt in lumine bñ facit ſuas ſpẽs
in parte medy ſibi contigua ꝛ in alys vſq̃z ad viſũ exi
ſtentẽ in tenebꝛa ꝛ ſic videtur. Dubitant tñ aliqui ſa
tis rõnabiliter qꝛ ſicut mediũ qð eſt iuxta colozes exi
ſtentes in tenebꝛis non eſt ſufficienter illuminatũ ad
recipiendũ ſpẽs colozũ ſic etiã mediũ qð eſt iuxta ocu
lũ exñtẽ i tenebꝛis nõ videt̃ eſſe ſufficiẽter illuminatũ
ad recipiẽdũ ſpeciẽ colozis qui eſt in lumine quare nõ
videbit iꝑm.Et dicendũ eſt oío q̃ illa ꝑs medy q̃ eſt cõ
tigua oculo exiſtenti in tenebꝛa eſt ſufficienter illumi
nata ad recipiendũ ītentionẽ colozis ab alia intentiõe
iã generata i ꝑte aeris ſibi ꝓpinqua dũmodo ipſe ocu
lus ſit in debita diſtantia ꝛ ſitu reſpectu colozũ qui ſũt
in lumine.ſed in tali ſitu ꝛ diſtantia poteſt eſſe oculus
reſpectu illoꝝ colozꝝ q̃ ſine dubio nõ videret eos.vt ſi
quis eſſet in vno angulo camere tenebꝛoſe ꝛ non pone
ret oculũ ad foꝛamen mediante quo ſpecies peruenꝫ
ret ad ipſũ non videret eos.quare ꝛc. Ad aliã cũ dici
tur lumẽ eſt neceſſariũ ꝛc.vez ẽ ex parte ipſius medy.
ꝛ cũ arguitur ꝓtra hoc q̃ idẽ eſt generãs ꝛc. poteſt dici
q̃ verũ eſt in gñatione ſubſtãtie ꝛ ſic intellexit Cõmẽ.
ꝛ cauſa eſt aſſignãda ibi.Sz i generatõe fozme accñta
lis nõ ſemꝑ eſt neceſſariũ q̃ vnũ ꝛ idẽ ſit generãs ĩdu
cens aliqð actum ꝛ diſpoſitionẽ requiſitam ad illum.
vt in generatione nauis dicitur eſſe quedam ars diſpo
nens ligna ad generationem nauis ſeu formam.ꝛ alia
inducens ipſam formam nauis.Similiter autem ꝛ in
multis alys rebus artificialibus eodem modo cũ me
dium aliquod non eſt diſpoſitum ad recipiendum lu
men per ſui groſſitiem ꝛ denſitatem poteſt eſſe aliquod
agens diſponens ipſum vt calozꝛ rarefaciens ꝛ aliud il
luminans vt coꝛpus luminoſum. et ſic erit in ꝓpoſi
to. Colozes enim non ſunt fozme ſic perfecte q̃ poſſint

ipz mediū sufficienter disponere ad recipiendū suas ītentōes. vnde regrit aliud agens disponens ꝛ hoc est corpus luminosū vt dicitur i littera. ¶ Questio. XX.

Querit ꝙ sic. illud qō hz ꝓprietates corpoꝛis est corpus. hec videtur vera. quia ꝓprietates sequūtur naturam. sed lumē habet ꝓprietates corpoꝛis. nā reflecti ꝛ refrangi sūt ꝓprietates corpoꝛis vt patet ex 4°. metheoꝛ. lumē aūt dicit reflecti ꝛ refrangi vt cōmuniter dicit ꝛ habet in ꝓspectiua. ꝛ in 3°. metheoꝛ. quare ꝛc. ¶ Itē qō mouetur localiter est corpus. hoc patet in 6°. phȳcoꝛ. sed lumē mouetur localiter. qz dicitur ꝙ lumē solis venit a sole ad nos qō sine motu locali fieri non videtur. quare ꝛc. ¶ Itē qō habet tres dimensiones est corpus 5°. metaph. ꝛ primo celi ꝛ mūdi. sed lumē habet tres dimēsiones scilicet lōgitudinē latitudinē ꝛ ꝓfūditatē. quare ꝛc. ¶ Oppositū arguitur auctoritate ari. ꝛ Lōm. ¶ Sed est intelligēdū sicut narrat Albertus ꝙ quidā ꝓbauerūt lumē esse corpus ꝛ hoc ꝓbauerūt multis rationibus. quaꝝ tres vel due sunt meliores. Una est. qō generat corpus est corpus. corpus enim non generat a nō corpoꝛe vt manifestū est sed lumen generat multa corpoꝛa vt supponebāt. lumē enim celi generat omnia ista inferioꝛa. ꝛ patet in speculis cōburētibus iuxta que lumen multiplicatū generat ignē ex stuppa. Secūda ratio est quia nihil figurat nisi corpus. hec videt manifesta. sz lumē figurat. quādoqz enim est triangulare. quādoqz vero sperice vt patet ad sensum. quare ꝛc. ¶ Itē omne qō ꝓcedit vel egredit ab aliquo corpoꝛe est corpus. sed lumen egredit a corpoꝛe luminoso vel ꝓcedit vt oēs cōcedūt. ergo ꝛc. maioꝛ ꝓbat. qz qō egredit a corpoꝛe aut est suba aut accidens. nō est dicēdū ꝙ sit accidēs. qz vnū accidēs nō egredit de vno subiecto ad aliud subiectū vt ꝓcedūt oēs sapiētes igit relinqtur ꝙ sit suba. aut ergo est substantia corpoꝛea aut incorpoꝛea. Non est dicendū ꝙ sit suba incorporea. Ridiculuz enim esset dicere ꝙ a suba corpoꝛea exiret aut egrederet suba incorpoꝛea oīno. sicut etiam ecōnerso a substātia incorpoꝛea nō egredit substantia corpoꝛea. ergo relinquitur ꝙ illud quod egredit a substantia corpoꝛea est substantia corpoꝛea siue corpus. et sic patet maioꝛ. quare ꝛc. ¶ Uerū est ꝙ albertus nō sic oīo deducit rōnem istam. sed tamen potest sic deduci ꝛ ꝛpleri. Sed breuiter ista positio nō potest stare quod patet rationibus aristo. quas tangit in littera. Si lumē esset corpus sequeret ꝙ duo corpoꝛa quādoqz essent simul in eodem loco. hoc aūt est impossibile vt supponitur ex quarto phȳcoꝛ. ꝛ ꝓbatur ꝛ̄tia. quia constat ꝙ lumen ꝛ tenebra opponunt adinuicez ꝓuatiue. modo ꝓuatiue opposita nata sunt fieri in eodez subiecto. vt visus ꝛ cecitas. auditus ꝛ surditas. vt omnes concedūt ergo cum tenebra quandoqz sit in aere vt patet in nocte sequitur ꝙ ipsum lumen quandoqz sit in aere. cum ergo aer sit corpus vt manifestū est. sequitur si sit corpus ꝙ duo corpoꝛa sunt simul in vno ꝛ eodem loco. scz in illo loco in quo continetur aer illuīatus. quod est impossibile. quare ꝛc. Ideo dicendum est aliter ꝙ lumen non est corpus. ꝛ probatur ratiōe aristo. que melioꝛ est inter oēs. Potest tamen aliter ꝓbari. si lumen eēt corpus aut esset corpus quod est substantia subiecta trine dimēsioni. aut esset corpus quod est ipsa trina dimēsio de genere quātitatis per diuisionē sufficientē. non primo modo. qz substātia nō cognoscit a sensu particulari ꝛ exteriori. sic enī bruta cognoscerent rei substantiā qō est ridiculū. lumen aūt cognoscitur a sensū qui est visus. quare ꝛc. ¶ Itē nulla substātia generat ꝙ solā ꝓsentiam corpoꝛis ad aliqd aliud vt manifestū est. sed lumen statim fit ꝙ ꝓsentiaz corpoꝛis luminosi ad diaphanum. quare ꝛc. ¶ Si aūt diceret ꝙ lumē est corpus qō est trina dimensio de genere q̄titatis hoc esset valde ocriosū ꝛ falsum. qz cū oīa corpoꝛa habeāt trinā dimēsionē oīa vtiqz corpoꝛa essent illuminata vel luminosa. ꝛ cuz de nocte talis dimēsio sit in aere. vt ꝓstat vnicuiq;. de nocte aer esset illuminatus. qō est ridiculum. quare ꝛc. ¶ Itē aliā rationē inuit ari. in littera. Si lumē esset corpus tūc illuminatio esset gdā motus localis. qō est absurdū. qz oīs motus localis fit i tēpoꝛe. illuminatio aūt nō fit in tēpoꝛe vt illuminatio totius domus a cādela. vt dicit Lōmē. 6°. phȳcoꝛ ꝛ illuminatio totius hemispery a sole ꝓsente. ꝛ patet ꝛ̄ña. postqz enim lumē esset corpus aliter nō illumināret medium nisi illud corpus moueret ꝓ ipz medium perueniēdo ab vna parte medy ad aliā. ꝛ hic ē motus localis. ergo illuminatio erit motus localis. vel nō erit sine motu locali. qō videt incōueniens. quare ꝛc. ¶ Sz ad istā rationē respondebat Empedocles ꝙ illuminatio bñ est motus localis et fit in tpe. sz illud tps latet nos ꝓpter paruitatē ꝛ idco ratio nō valet. ¶ Lōtra ꝑ obycit ari. qz tps mēsurās motū factū in paruo spacio pōt latere nos vt tps mēsurās nutū ocli. Sz ꝙ tps mēsurās motū localē fcm̄ i tāto spacio sic est i oriēte i occidēs lateret nos ꝛ nullo mō ꝓcipemus successionē illius motus ꝑ vt cē valde irrōabile ꝛ ipole vt dicit ari. quare ꝛc. Sz si lumē nō sit corpus q̄rit ꝙd sit lumē. ꝛ quō ista ꝛ̄ñt lux ꝛ lumē radius ꝛ splēdoꝛ. ¶ Ad ꝑmū istoꝝ dicēdū ꝙ lumē ꝑmo ꝛ ꝓncipaliter dictū est qualitas actiua aut virtus ꝓmi alterantis. s. corpoꝛis celestis. ipsum enim corpus celeste totū est luminosuz aliqualiter. sicut ostendit Lommen. in tractatu suo de suba oꝛbis. licet aliqne partes eius q̄ dicūtur stelle habent lumen perfectius alys ꝛ ipsū lumen agūt corpoꝛa celestia in istum mundum inferiorem. Unde dicit Albertus in suo cōmento super de somno et vigilia. ꝙ lumen celeste diuersimode ſiguratū vehit ad nos omnes virtutes oꝛbis. lumen autem secundario dictum et sz posterius. s. put ē i istis iferioꝛibus pōt describi ꝙ ē qualitas sensibilis q̄ media disponunt ad visionē visibiliū. Lumen aūt in sua cōmunitate sūptū diffinit ab ari. sic. ꝙ est actus diaphani ſm actū diaphanū. ¶ Ad ꝛm dicēdū ꝙ oīa illa noīa dicunt vnā rē aliquo modo vnitatis. sed sub diuersis modis. Nā lux dicitur illa q̄litas sz ꝙ est in ꝓmo ꝛ principali subiecto suo vt in celo ꝛ spāliter in sole a quo oēs alie stelle recipiunt lumē vt dicunt astrologi. Et dicitur lumē sz ꝙ est receptū in aliquo diaphano de se non habente lucem vt in aere vel aqua vel aliquo hȝ. Dicitur autem radius secūduz ꝙ generatur ꝛ multiplicatur secundum incessum rectum ad modum lince recte. Et dicitur splendoꝛ ꝓut multiplicatur iuxta corpus aliquod refrangens manifeste et sensibiliter. sicut speculum magnum et clarū vel iuxta es vel aliud corpus planuz ꝛ politū perfecte. tū bis noibus vtimur multotiens ꝓ eodē ꝓpter realē identitatē rei significate. ¶ Ad rationes illius opinionis. ¶ Ad ꝓmā cuz dicitur qō generat corpus ꝛc. dico ꝙ verū est si generat corpus tanqz generās ꝓncipale. sed si generat tanqz generās instrumētale vel tāqz virtus agentis principalis non oportet ꝙ sit corpus. ꝛ sic est in ꝓposito. lumen enim appꝛopinquatum materie rei generabilis non generat tanqz agens principale

motum imo hō generans ⁊ mouens motum primum ⁊ principale est ipsum celū vt patet in 8⁹ phycoꝝ. sed lumē generat vt agens istrumentale vel vt virtus influxa ab agēte pncipali. quare ⁊c. ¶ Ad aliā cū dicit qō figurāt ⁊c. pōt dici q vex est fi p se figurāt. si p accns figurāt non oz q sit corpus. vt albedo figurāt accntal'r fm figurationē corporis albi ⁊ tñ albedo nō est corpus. sil'r aūt ⁊ alys. mō lumē nō figurāt p se tanq̄ pncipiū et pncipale subiectū figure. sz fm accns. qz fz figurationē corporis cuius est lumē tanq̄ subiecti vel tanq̄ agētis vel p aliqō aliud accns. Quare aūt lumē solis multiplicatū p fozamē angulare est figure angularis i parte ppinqua fozamini. in parte aūt remota ē figure sperice. hoc habet videri in perspectiua ⁊ nō hic. ¶ Ad aliā cuz dicit q egredit vel pcedit ⁊c. dico q aliquid egredi v'l procedere a corpore dr vno mō tanq̄ a suo loco in quo ptinebat. ⁊ sic omne quod egredit a corpore est corpus Alio mō intelligit aliquid egredi a corpore tanq̄ a sua causa efficiēte agente. vt dicimus q ab igne pcedit calor vel egredit i calefactibile. ⁊ sic nō oportet q sit corpus. sic aūt lumen egredit a corpore luminoso nō sicut a loco in quo includit sed sicut a suo agēte eodē modo quo ignis per suā calidiratē agit caliditatē sibi sil'em in materia calefactibili. sic corpus luiosum per suaz lucē generat lumē i diaphano sibi pste. q̄re ⁊c. ¶ Ad rōnes prius adductas. ¶ Ad primā cū dr. q habet ppzietates corporis ⁊c. verū est si habet eas ppzie ⁊ vniuoce. sin aūt ipzopzie ⁊ fm sil'itudinē non oportet. ⁊ cum dicitur. lumen habet propzietates corporis. dicitur q non habz eas propzie ⁊ vniuoce. sed impropzie ⁊ secundū similitudinē. sicut. n. corpus qō frāgit diuidit in duas partes aut plures. sic p mediuz alteriuz nature diuersificatur multitudo luminis ⁊ icessus. vt pz cū denarius exns in fundo aque videt in aere radius colozis eius diuersimode figurāt i aere ⁊ i aqua. ⁊ sil'r lumē solis mediante aere puro ⁊ mediāte nube diuersimode generāt vt pz i tertio metheoroz. c. de halo ⁊ iride. ⁊ sic dicit frāgi aut reflecti p sil'itudinē. Sicut. n. corpus aliqō motū fozti/ter cū obuiat alicui obstaculo reuertit versus locū vñ pueniebat. vt pz de pila piecta fozter ad parietem ⁊ tūc dicit reflecti. Sic cuz lumē alicuius corporis luminosi pcipue lumē solis puenit ad aliqō obstaculū politū ⁊ tersū tūc ipedit eius multitudo i directū ⁊ lumen receptū in illo obstaculo vel in parte aeris cōtigua illi obstaculo generat lumē in alia parte versus corpus luminosum. ⁊ sic videtur illud idem lumē reuerti ⁊ reflecti versus locum vnde veniebat. attamen est vex. imo nouum lumen generatur a lumine recepto circa obstaculum. ¶ Ad aliam cum dicitur quod mouetur localiter ⁊c. concedo maiozem. ⁊ nego minozem. ⁊ cum dicit q lumen solis. ⁊c. dico q non est sic intelligendum lumen solis peruenire a celo ad nos q vnum et idem lumen perueniat huc inde. sicut pila vna peruenit a manu proyecientis ad parietem. sed sic q lumē exists in sole generat lumen in medio sibi contiguo. ⁊ illud medium habens lumen in alio medio. ⁊ sic semper quousque generatio fiet in medio circa nos. ⁊ ideo ratio procedit ex falsa imaginatione. ¶ Ad aliam cum dicitur q habet tres dimensiones ⁊c. verum est si haberet tres dimensiones per se. sed si per accidens nō oportet. sic enim omnis fozma materialis esset corpus eo q omnis talis fozma extenditur secundum extensionem subiecti sui quodammodo. modo lumen non habet tres dimensiones per se. sed solum per accidens inquā

um corpus lucidum vel illuminatum sic est dimensionatum. quare ⁊c. ¶ Questio. XXI.

Queritur Utrū color sit pmū obiectum visus. Et arguitur primo q nō. quia si sic tunc omne quod sentiretur a visu vel esset color vel participans colorem. omne enim quod cognoscitur ab aliqua virtute cognitiua vel est eius obiectum vel aliquid participans ipsum obiectum primū. vt omne quod intelligitur vel est ens vel participans ipsum ens. sic est similiter in proposito. sed consequēs est falsum. nā corpus celeste cognoscitur visu vt omnes concedunt. ⁊ tamen celum non est color vel participās colorem vt conceditur ab omnibus. ⁊ ratio est. quia color est quedā qualitas secūda ons mixtionē lucidi cum opaco ⁊ diaphano vt habet videri super librum de sensu. celum autem est subiectum simplex non mixtum vt patet ex primo celi ⁊ mundi. et 8⁹ metaph. quare ⁊c. ¶ Sil'r magnitudo figura motus ⁊ quies ⁊ nūerus cognoscunt visu ⁊ tñ nullū istoꝝ est color vel otentū sub colore. q̄re ⁊c. ¶ Itē si color esset primū obiectū visus tunc visus nō esset vna virtus fz spēz spālissimā qō reputat icōueniēs. ⁊ pbat ona. qz vnitas potētie dicitur esse ab vnitate obiecti. ⁊ pbat. qz potentie distinguunt fz distinctionē actuū. ⁊ per consequens vniunt fz vnitatē actuū vt vult ari. in isto 2⁰. Actus aūt distinguunt fz distinctionē obiectoꝝ ⁊ vniunt fz vnitatē obiectoꝝ fz q cōiter dicit. sic de pmo ad vltimū potentie distinguūtur fz distictionez obiectoꝝ ⁊ vniunt fz vnitatē ipoꝝ. Ex quo segtur q non debet esse maior vnitas in virtute q̄ in obo. Sed constat q vnitas specifica est pfectior vnitas q̄ vnitas generalis vt oēs concedunt. ergo si obiectū est vnū solum fz genus potentia nō oz esse vna fz spēz spālissimā. mō color est vnuz fz genus ⁊ non fz spēz in oibus coloribus vt habet ex libro de sensu. ⁊ 8⁹ phycoꝝ. ergo si color est primū obiectū visus ipe visus non est vnus fz spēz spālissimā imo plures si potentie distinguunt per obiecta. ¶ Itē si color esset obiectū visus aut visus moueret ipsum colorem aut color moueret ipsum visum. omnis enim virtus aut mouet suum obiectum aut mouetur ab eo vt habetur a Commen. in tertio huius. ⁊ satis ab aristo. in quīto metaph. Sed non est dicendum q visus moueat colorem. sēsus enim non agit in sensibile secundum doctrinam Ari. in isto 2⁰. ⁊ in de sensu. nec color mouet ipsum visum. probatio. quia mouens est nobilius moto. sicut agens patiente vt dicit Ari. in tertio huius. modo color non est nobilior q̄ visus vt omnes concedunt. quare ⁊c. ¶ Oppositum arguitur qz aut color est primum obiectuz visus aut lumen per sufficientem diuisionem. sed non lumen. probatur quia primum obiectum visus debet eē idem essētialiter cum omnibus alys que per se cognoscuntur a visu. nam color per se est visibilis. et tamen lumen non est idem essentialiter cum colore nec econuerso vt dictum fuit prius. quare ⁊c. ¶ Ad euidentiam questionis est intelligendum q⁹ color dupliciter potest accipi. Uno modo propzie ⁊ stricte pro qualitate secunda consequente cōmixtionem lucidi cum opaco secundum aliquam proportionem. ⁊ hoc modo loquitur ari. hic de colore. Alio modo potest accipi color cōmuniter ⁊ large pro quocunq̄ actu diaphani siue sit diaphanum terminatum scilicet commixtum cum opaco terrestri. siue sit diaphanum non determinatum. idest non commixtum cum opaco terrestri. sicut in diaphanis simplicibus vt sunt aer et aqua ignis et corpora

celestia. ⁊ isto modo loquitur Ari. in de sensu ⁊ sensato vbi dicit q̄ omnia corpora colore participāt. ¶ Ulterius intelligēdū est q̄ obiectū primuꝫ visus pōt dupl'r intelligi. vno modo primū primitate ↄmunitatis. alio modo primitate principalitatis. primū quidē obiectū primitate cōmunitatis est illud quod cognoscit̄ p se a visu. ⁊ predicat̄ eēntial'r de oībus que per se cognoscūtur a visu. primū aūt obm̄ primitate principalitat̄ ē illō quod est dignius omnibus alys q̄ visu ꝓcipiunt̄ per se ¶ Tunc aliqui dicunt ad questionem tria. primo q̄ color ꝓprie ⁊ stricte sūptus nullo mō est obiectū p̄mū visus. qz nec p̄dicat̄ eēntial'r de oībus q̄ cognoscūtur a visu nec ē forma nobilior oībus alys q̄s cognoscit visus ipse imo lux celestis est lōge nobilior q̄litas q̄ sit color vt manifestuꝫ ē cuilibꝫ. ¶ 2°. dñt q̄ color cōiter dictus ꝑ actu diaphani cuiuscūq̄ est p̄mū obiectū visus p̄mitate cōitatis qz cognoscit̄ p se a visu ⁊ p̄dicat̄ eēntial'r de oībus p se ⁊ ꝓcise cognoscūt̄ a visu vt manifestū est i ducēdo. Dis enī color ꝓprie dictus est qdā actus diaphani termiati. ⁊ lux est actus diaphani nō termiati. q̄re ⁊c. ¶ 3°. dñt q̄ lux ē p̄mū obiectū visus p̄mitate p̄n cipalitatis. qz lux ē forma sensibilis nobilior ⁊ dignior īter oēs q̄litates quas cognoscit visus. cuius signū est. qz corpora celestia agūt p sua lumina ad generationem oīuꝫ istoꝝ iferioꝝ vt scit̄ ex astrologia: nullū aūt coloratū colore ꝓprie dicto sic agit ad gñatōez vt manifestū est. q̄re ⁊c. ¶ Sed hec positio ꝛ sit satis curialis tñ videt̄ esse dubitabilis quātū ad ꝛaz ↄclusionē. Naz p̄mū obiectū visus p̄mitate cōitatis dz esse p̄mū visibile vl'r p se p̄mū cognoscibile visu ita q̄ ista passio cognoscibile visu debeat̄ obiecto visus tā q̄ subiecto primo p̄mitate cōitatis. cui enī aliq debereat̄ hoc mō? Sz color cōiter sūpto nō cōpetit hec passio per se p̄mo p̄mitate cōitatis. qz cuꝫ aliq̄ passio cōpetit alicui p se p̄mo p̄mitate cōitatis oz q̄ p eius naturā ↄueniat oībus his quibus p se inest illa passio vt satis pz p̄mo posterioꝝ. c. de acceptione vniuersalis. ita q̄ subz p̄mū alicuius passionis p̄mitate cōitatis dz p̄dicari vl'r de illis quibus illa passio debeat̄ per se nō p̄mo. mō aliqua sūt cognoscibilia a visu nō per nāz colozis cōiter sūpti. ſ. sēsibilia cōia vt magnitudo figura ⁊ hm̄. Si. n. hec essent cognoscibilia a visu per nāz colozis. cū color sit extra essentiā isto rū tunc ista nō viderent̄ esse per se visibilia. Quod. n. ꝛ est alicui per aliud essential'r ab eo nō ꝛ est ei per se. hoc aūt est icōueniens. naz ista sēsibilia cōmunia sūt sēsibilia per se ↄgnoscibilia a visu ⁊ ab alys sensibilibus ꝓtibus ꝓprie ſm ari. in isto z°. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc posset rñ deri tenendo istā positionē q̄ imo color est p se cognoscibilis a visu ⁊ per nām colozis est cognoscibile a visu oē aliud visibile. Et cū istat̄ de sēsibilibus cōibus. dicē dū sic̄ tāgebat̄ ꝑus q̄ ipa sēsibilia cōia sūt cogñscibilia a visu p nāz colozis ꝓprie dicti vt luīs. Et cū dr̄ q̄ tc̄ ñ sūt p se sensibilia. dico q̄ verū est p se primo sz bene sūt sēsibilia per se non primo. ⁊ per se quidem non immediate sed mediate. Nec vniuersaliter oportet q̄ subiectum primum passionis sit idem essentialiter cum subiecto non primo. sed sufficit q̄ per subiectū p̄mū illa passio īsit alys gbus ineſt per se nō primo. ¶ Et cū instat̄ q̄ illud nō ꝛ est alicui per se q̄ ꝛ est ei p aliqd aliō eēntial'r distinctum ab eo. dictum fuit prius quō hoc sit possibile ¶ Ad rōnes ꝑozes. ¶ Ad p̄mā pz ex dictis. bñ. n. ↄcedit̄ q̄ color ꝓprie sumptus non est p̄mū obiectū visus. sed color cōiter sumptus bñ pōt esse mō ꝑdicto. ¶ Al'r pōt dici ꝓbabiliter q̄ color nullo modo sit p̄mū obiectū visus p̄mitate cōitatis vt ꝓbat ratio. sz p̄mū obiectū eius isto mō est forma nata facere suā spēm i visu. ⁊ hoc cōe est ad colorē figurā ⁊ magnitudinem. ⁊ hoc pōt haberi ex dictis phi in lra. ¶ Uel dicat̄ q̄ visus pōt cōsiderari dupl'r. Uno mō ſm q̄ visus. ⁊ sic p̄mū obiectū eius est color mō prius dicto. ⁊ sic non hz cognoscere sensibilia cōia. Alio mō ſm q̄ sunt sensus ⁊ sic bñ hz cognoscere sensibilia cōia saltē aliqua. sz nō oīa. ⁊ hoc mō obiectū eius primū nō erit color. sz forma q̄ est nata facere suaz spēz i sensu. ¶ Ad aliā nego ↄñaz. ⁊ cum dicit̄ nō debet esse pfectior vnitas i potētia q̄ in obiecto. dicūt alig q̄ verū est de obiecto primo primitate principalitatis. nā ab istius vnitate principaliter est vnitas virtutis. Quānis ergo color cōiter sumptus nō sit vnus sz spēz spālissimā tñ lux prima est vna isto mō. ꝓcipue lumen solis ⁊ hoc sufficit ad vnitatē visus. ¶ Sz dicē vnū bonū dubiū. qz ſm hoc videt̄ q̄ tactus sit vnus sensus formal'r. qz iter qualitates tāgibiles est vna prima primitate p̄ncipalitatis. ſ. caliditas. Ista. n. est nobilissima inter oēs qualitates tāgibiles vt hz videri sup z^m de generatōe ⁊ quartuꝫ metheoꝝ. ⁊ sic si ista vnitas specifica obiecti principalis sufficit ad vnitatē specificā sensus sequeret̄ q̄ tactus esset vnus sensus. cuius oppositum videt̄ itēdere ari. in. c. de tactū. Et expssius cōmen. determinat q̄ tactus nō est vnus sensus. q̄ videt̄ illā rōez nō valere. Propter q̄ alij dixerunt al'r. q̄ q̄uis vnitas vtutis sit ex vnitate obiecti primi tñ virtus pōt hre pfectiorē vnitatē q̄ primū suū obiectū. Et si arguit̄ cōtra hoc. qz effectus nō debet esse pfectius ens q̄ sit sua causa. cum ergo vnitas virtutis causet̄ aliquo mō ab vnitate obiecti mirabile videt̄ q̄ vnitas virtutis pfectior sit vnitate obiecti. Est igit̄ dicēdū q̄ causa principalis agens ⁊ forma ⁊ finis bñ est pfectior q̄ cātū. sz causa nō principalis nō oz q̄ sit simpl'r nobilior ipso cāto. Modo ipm obiectū sensibile non est causa principalis virtutis sensitiue. sed est quasi causa instrumētalis sine qua sensus non attingit suum finem principalem. quare ratio non valet. ¶ Ad aliam dico breuiter q̄ color mouet visum imprimēdo ei suam speciez. Et cū dicitur q̄ mouēs ⁊c. potest dici q̄ verum est q̄ mouens vt mouēs est est nobilius moto vt motum est. sed nō sequitur q̄ sit simpliciter ⁊ oio nobilius. ⁊ sic erit in ꝓposito. Color enī ſz q̄ mouet visū est qd nobilius q̄ visus ſz q̄ mouet̄ qz mouere est nobilius q̄ moueri. hoc tñ non obstante visus erit nobilior simpl'r qz hz opationē ꝓpriā nobiliorē q̄, cunq̄ operatione colozis. ⁊ ex ista debet eius nobilitaꝝ simpliciter iudicari. vt dictum fuit in questione de sensu actiuo. quare nō valet ista ratio. ¶ Questio. XXII.

Unc aūt primo de sono ⁊c.

¶ Queritur. Utrum sonus sit realiter in aere vt in subiecto. Et arguitur primo q̄ non. quia sicut se habet color ad corpus coloratuz sic sonus ad corpus sonorum per conuenientem similitudinem. sed color est in corpore colorato vt in subiecto vt manifestum est ⁊ nō in ipso aere. ergo similiter sonus est in corpore sonoro ⁊ non in aere vt in subiecto. ¶ Itē vnum ⁊ idem non debet esse subiectum qualitatis sensibilis ⁊ medium sentiendi eas vt manifestum est in colore et sapore et hm̄. nunc autem aer est medium audiendi sonum vt manifestum est per ph̄m in littera. quare ⁊c. ¶ Item illud qō facit sonū non recipit ipsum nec per consequens est subiectum soni. sic enim idem esset in actu ⁊ in potentia simul respectu eiusdem. cum illud qō facit aliquid

ſit in actu reſpectu illius et recipiens in potentia. ſz ipe aer facit ſonum vt videtur velle Ari. in littera prope principium capituli vbi dicit hec verba. Doc autem eſt ipſius medy ⁊ auditus ſonū facere in actu. quare ⁊c. ¶ Oppoſitū arguit qz motus aeris ē i aere vt i ſubo. ħ ē euidēs. ſz ſonus ē motus aeris vt dicit ari. in lſa. Cuz āt phibeat fluere hꝰ motus ſonus ē. q̄re ⁊c. ¶ Ad euidētiā q̄ſtionis ꝓſiderādū ē modus gñatiōis ſoni. Modus āt gñatōis ſoni ſm doctrinā ari. in lſa videt eſſe talis. duo coꝛpa ſolida. i. firma ⁊ fixa vel dura mouēt motu aliqualr velociter ⁊ fort ad pcutiēdū ſe inuicē vel ſaltē vnū taliū mouet ad pcutiēdū alterū ⁊ ad tāgēdū ipſum ſup ſupficiē alicuius ſufficiētis quātitatis ⁊ tunc phꝰ pcuſſionez ⁊ ꝓtactū pcedēte motu ſufficiētis velocitatis vnius coꝛpis aut duoꝝ expellit aliq̄ ps aeris ⁊ extēdit violenter motu velociori q̄ natus ſit diuidi aer ⁊ in illo aere ſic moto ⁊ expulſo gñat q̄litas ſēſibilis q̄ dr ſonus. q aūt duo coꝛpa facientia p ſui pcuſſionē ſonū debeant eſſe ſolida vel firma aliq̄ mō pz. qz ſi duo coꝛpora pcutiātur adinuicē q̄ ſunt mollia vel nō dura ⁊ firma aut nullus ſequtur ſonus aut debilis ⁊ q̄ſi imperceptibilis. vt ſi lana pcutiat ad lanā vel ſpōgia vel pilus ⁊ hꝰ aligd. q aūt illa coꝛpora debeāt velociter ⁊ fort moueri vel ſaltē vnū illoꝝ ad pcutiēdū ⁊ tāgēdū ſe adinuicē hoc etiā manifeſtū eſt p ſignū euidēs. nā ſi duo coꝛpora appꝛopiquātur adinuicē motu tardo vel mltū leto ſz ſint bñ dura ⁊ ſonora tñ nullū generāt ſonum vt pz ad ſenſū. q etiā opoꝛteat tāgere ea ſe inuicē ⁊ appꝛopiari fz ſupficies determinate q̄ntitatis ⁊ nō fz quācūq̄ ſupficiē ħ etiā eſt manifeſtū. qz ſi duo coꝛpora ſe pcuterēt adinuicē fz duas ſupficies multū modicas nō fieret ibi ſonus. vt ſi obyciat acus acui ⁊ ſic de alys ſilibus. ¶ Quātū ergo ad ꝑmā ꝺditionē dicit ari. i lſa q oꝛ fiꝛmoꝝ fieri pcuſſionē adinuicez. Quātū ad ſm dicit. oz. n. motū feriētis poccupare fracturā aeris. ſ. q coꝛpus pcutiēs velocius moueat ad pcuſſū q̄ aer natus ſit cedere ⁊ ſic extendūtur fortiter. Sz q̄tū ad tertiā dicit ari. nō igit ſicut dictū eſt oē verberās ſonat ⁊ qō ꝟberat. vt ſi obyciat acus acui. ſed oꝛ ꝟberās regulare eſſe vt aer ſubito diſſiliat ⁊ moueat. q aūt aer expellat i gñatiōe ſoni a pcutiēte ⁊ pcuſſo. hoc pz ex multis ſignis. ꝑmo qz ſicut dicebat. Si vnū coꝛpus molle ⁊ facilr cedēs pcutiat alterū. vt lana aut ſpōgia aut pilus nō fit ſonus. qō nō videt eſſe p alio niſi qz ibi nō expellit aer motu ſufficiēti ⁊ veloci. ¶ Itē ſenſibilr pcipimus q coꝛpora ꝺcaua pcipue metallica multū fort ⁊ diu ſonū faciūt cum iterius pcutiunt vt manifeſtū eſt i cāpana ⁊ hꝰ. ⁊ hoc p tāto ꝓtingit qz aer i illis iclusus poſt q̄ motus eſt nō pōt exire ſtatim. ſed agit ⁊ pꝛopellit de vno latere ad aliud latus. Et hoc dicit ari. i lſa. Lōcaua aūt repcuſſione faciunt multos ictus poſt ꝑmū ipotēti exire qō motū eſt. ¶ Itē aliud ſignū ponit Albertus qz metalla q̄ in ſui mixtione multū bñt de ſubtili aereo ſunt multū ſonora ⁊ diu tenēt vl faciūt ſonū vt auꝝ argētū ⁊ ſtānū. Silr pz i lignis. lignū. n. qō eſt multū aereū ⁊ ſolidū ⁊ ſiccum vt fagus multo melius ſonat alys lignis itm q ſi ſit lignū faginū lōgū ⁊ latū ⁊ fuerint i ipſo multa foꝛamina ſm trā ſuerſum ⁊ ſit ſupficies eius bñ plana deſup ſi pcutit ſonat ad magnā diſtātiā ſicut cāpane. ⁊ his grecy vtunt ꝑ cāpanis vt dicit. ¶ His viſis ad qōez dicit q ſonus eſt in aere tāq̄ in ſubo realr. qō pōt ꝓbari breuiter ſic aut ſonus hz eſſe ſuū reale i coꝛpe pcutiente aut in coꝛpoꝛe pcuſſo. aut i aere expulſo p ipſā pcuſſionē. hec diuiſio recipit vt ſufficiēs. ſz nō pōt eſſe in coꝛpe pcutiente vl pcuſſo. qz nō eſſet rō q̄re eſſet ſonus i vno iſtoꝝ plus q̄ in altero p̄cipue cū ābo mouēt eque foꝛtiter ad pcutiēdū ſe inuicē. cū igit nō poſſit eſſe i ambobus ſil. qz ſic vnū accīs nūero ſil eēt i diuerſis ſubīs nūero diſtinctis qō eſt icōueniens. relinquitur q i nullo iſtoꝝ ſit ſonus ſubiectiue. quare videt q fit in aere tāq̄ in ſubiecto: Et cōfirmatur ratio quia ſi ſonus eſſet in iſtis vel in altero eoꝝ non eſſet aliqua ratio quare ficret ſonus cuz iſta mouentur ad inuicem velociter et modo cum mouentur ad tangendum ſe ad inuicem motu lento aut tardo immo ita deberet generari ſonus cum tangunt ſe inuicem tardo ⁊ lento motu pꝛecedenti ſicut pꝛecedente foꝛti ⁊ veloci motu cuius oppoſitum manifeſtū eſt ad ſēſū. q̄re ⁊c. ¶ Itē ſi ſonus ñ eſſet realr i aere ſaltē tāq̄ ad aliq̄ ptē aeris tūc pceptio ipſius ſoni non deberet ipediri a vēto flāte i oppoſitā partem nec ōberet magis pcipi vento flante ex parte in qua eſt pcutiēs et pcuſſum. quoꝝ oppoſita nos videmus ad ſenſum. ⁊ pz ꝑña. qz cū aliq̄ ſenſibile eſt pure ſpūalr i medio ⁊ inula pte medy eſt ſm eſſe reale nō ipedit neq̄ iuuat eius ſenſatio p ipm ventū vt eſt manifeſtū in ipo coloꝛe. Similr āt ꝺtingeret de ſonō. quoꝝ oppoſita nos videmus ad ſenſum. q̄ ⁊c. ¶ Eſt etiā ꝺſiderādū q ille modus generatōis ſoni q ꝑius dictus fuit. ſ. ex pcuſſiōe duoꝝ coꝛpoꝝ adinuicē oz itelligi q ſic eſt regulr ⁊ vt in plibus. quod p tāto dico qz aliq̄n ad gñatōez ſoni nō occurrūt duo coꝛpora firma ſed vnum coꝛpus firmū ⁊ aliud non firmū ſed fluidū ⁊ facilr mobile. ſ. aer vel aqua vt ꝺtigit q̄n virga aut coꝛrigia mouet foꝛtiter p aerē. ibi enī gñat manifeſte ſonus. ⁊ tñ nō eſt ibi niſi vnū coꝛpus ſolidū. ſed ipe aer hz ibi locū vnius coꝛpoꝛis ſolidi inq̄tū reſiſtit coꝛrigie aut virge. Silr aūt pōt ꝺtingere q aliquod coꝛpus ſolidū pcutiēs ad aquā facit ſonū vt patz ad ſenſum. imo due ptes aque ſibi inuicē occurrentes foꝛtiter faciunt ſonum. Sed hoc vniuerſaliter eſt verꝝ quia opoꝛtet aerem aliquem expelli in quo fiat ſonus. Unde etiam ſecundum Albertum ſi coꝛpus ſolidum ⁊ durum percutiens ad fundum aque faciat ſonū opoꝛtet q illud coꝛpus habeat aliq̄ partez aeris que expellitur a percuſſione illa. cuius ſignum ipſe ponit. quia in ſuperficie aque apparent quedam ampulle qō non videtur fieri niſi per motum illius aeris. ¶ Ad primā rationem dicendum q non eſt ſimile quia coꝛpus coloꝛatum non eſt effectiuum coloꝛis ſui. ſed coꝛpus ſonoꝝz eſt actiuum ſoni ſecundum ari. in littera. ⁊ ideo non eſt ſimile. ¶ Uel ſiquis diceret q coloꝛ cauſatur actiue a coꝛpoꝛe coloꝛato hoc tamen non eſt per motum aeris ⁊ expulſionem ſicut eſt in ſono. igitur ⁊c. ¶ Ad aliam dicendum q vnum ⁊ idem ſecundum eandem ſui partē non eſt medium ⁊ ſubiectum ſimul. ſed ſecundū diuerſas partes poteſt eſſe. ſic igit erit hoc. Nam aliqua pars aeris illa ſcilicet que expellitur a coꝛpoꝛe percutiente ⁊ percuſſo eſt ſubiectum ſoni. alia autem pars eſt medium recipiens intentionem ſoni illius quod nō eſt inconueniens. ¶ Ad aliam dicendum per expoſitionem illius littere. vult autem ari. ibi dicere q facere ſonum in actu. ideſt ſonus factus in actu eſt ipſius medy ⁊ auditus tāq̄ ſubiecti licet diuerſimode. nam eſt ipſius medy tāq̄ ſubiecti ſecundū eſſe reale eius. ⁊ eſt ipius auditus tāq̄ ſubiecti ſm eſſe ſpūale. Uel ſic hoc autē actu ſonare quod debetur quibuſdam coꝛpoꝛibus ſolidis ⁊ facere ſonum in actu. dico ipſius medy tanquam ſubiecti. ⁊ auditus vt virtutis cognoſcentis ipſum ſonum, quare non valet. ¶ Queſtio. XXIII.

c Onsequenter queritur. Utrū echon sit idez sonus cū ꝓmo sono. i. cum sono ꝑcedente ipm. Arguit̄ ꝓmo ꝙ sic breuiter. qz ille sonus est idem cum alio qui habz eandē figurā cū illo ⁊ ꝯstituit̄ ex eisdem lr̄is ⁊ syllabis cum ipso. hec est manifesta per se. sed echon ē sonus habens eandē figurā cum sono ꝑcedēte ipm. ⁊ constituit̄ ex eisdem lr̄is ⁊ syllabis vt manifestū est. vnde si sonus ꝑcedens echon terminat̄ in ba ⁊ echon similiter semp in ba terminatur. similiter autem et de alys. quare ⁊c. ¶ Oppositum arguitur. Illi soni non sunt idem sonus inter quoz generationes est tempus mediū in quo nō fit sonus hoc manifestū ē. sed sic est in ꝓposito. nā inter echon ⁊ ꝓiozem sonū itercidit tempus mediū vt ꝓz ad sensum. quare ⁊c. ¶ Ad questionē itelligendum ꝓmo ꝙ cum hō loquit̄ in loco ꝓpinquo gbusdā cozporibus cōcauis ⁊ solidis habentibus aerez inclusuz in ipsis ab aliquo tempoze longo vt iuxta puteū antiquū ⁊ ꝑfundum ⁊ iuxta domos inhabitatas contingit vt ipe audiat quendam sonum omnino similem suo sono ac si aliquis alius responderet ei. ⁊ talis sonus vocatur echon. Unde cōmen. dicit. ꝙ echon est iteratio soni ꝯseruādo suā figurā. modus aūt generatiōis talis videt̄ esse ꝑm aristo. in littera. contingit ꝙ aer expulsus a cozporibus firmis ꝓcutiente ⁊ percusso habens in se sonū aliquem ꝓuenit ad cozpus aliquod ꝛcauū ⁊ solidū quēadmodum vas habens in se aerem ab antiquo inclusū ⁊ detentū ⁊ vnitū. et ab hoc aere vel ab illo cozpoze cōcauo aerē detinente repellitur aer ille idem ad locū repcussionis. sicut cū pilla ꝓiecta occurrit parieti fortiter repercutit̄ versus locum a quo mouebat̄. ⁊ in hō aere sic repercusso generat̄ qdam sonus quasi omnino similis sono ꝓzi eo ꝙ ille aer idem ē ⁊ sil̄r figuratus sicut erat ad generationē ꝓzis soni. talia aūt cozpora a quibus sic repercutit̄ aer maxime sunt cozpora concaua ⁊ antiqua ⁊ habētia aerē diu inclusum in ipis. sicut sūt putei multum ꝑfundi ⁊ antiqui ⁊ domus inhabitate ⁊ valles quedam ⁊ montes cauernosi ⁊ hō. Hanc aūt generationez docuit aristo. breuiter in l̄ra cum dixit. Echon autē fit ab aere vno fracto ꝓpter vas detinens et ꝓhibens diffundi. ¶ Itē aer repellitur sicut spera. Tunc accipio vlterius ꝙ motus reflexus ñ est vnus nūero qa necessario inter eius partes intercipitur quies media. ⁊ hoc suppono ad ꝓsens ex 8o ꝓhycozum. Tunc dico breuiter ad questionē ꝙ echon nō ē idē sonus necessario simpliciter cum sono precedente cui assimilatur. ꝓbatur qz illi soni nō sunt vnus numero quoz vnus consequit̄ ꝓiozem partē motus reflexi ⁊ alius secundā partez hō motus. ⁊ hoc satis ꝓz. qz ipse motus reflexus nō ē vnus numero. ⁊ ideo soni quoz vnus cōsequit̄ vnum illorum ⁊ alius alium nō sunt vnus sonus. sed echon ꝯsequitur secundā partem motus reflexi quo ille aer repercussus ab obstaculo mouet̄ versus locū repercussionis ꝓme. sonus aūt ꝑcedens echon cōsequit̄ ꝓzē partem motus quo mouetur ipse aer vsqz ad obstaculuz. Et ponit̄ exēplū simile magis manifestū. videmus enī ꝙ cum lapis ꝓicit̄ in aquā nō fluentem. sz gescentez fiūt circa locū ꝓcussionis qdam parui circuli ⁊ giratōes deīde alie maiozes ī remotiozi. ⁊ sic contingit ꝙ anteqz deficiāt girationes ꝓuenit aq̄ ad aliud obstaculū reflectēs ⁊ repcutiens ⁊ tunc ille partes aque reuertūt̄ versus locū ꝓme ꝓcussionis. sic igit̄ contigit hic ꝙ duo cozpa percutiunt se adinuicē aer circūquaqz expellit̄ ⁊ generat̄ ibi sonus ꝑm quandam circulationem. cuius signū est ꝙ nō solū audit̄ sonus in vna ꝓte iuxta locū ꝓcussiōis sz circūquaque. ⁊ ꝛtingit ꝙ anteqz deficiat motus alicuius partis illius aeris habentis in se sonuz obuiat alicui cozpi mō predicto ⁊ repercutit̄ ⁊ fit echon vt dictū est. Et est considerādū ꝙ ⁊ si echon nō sit sonus idem nūero cū sono ꝑcedente. tñ est multū similis ei ⁊ forte eiusdez speciei spāliss̄ime cū eo. cuius causa videt̄ eē ꝑm Albertū ꝙ fit in aere eodē numero in q̄ ꝓioz erat sonus ⁊ cōsimiliter figurato. nō enim est verisimile ꝙ illud cozpus ia ātū .s. obstaculū ꝛcauū repercutiens aerem figuraret ipm tali mō ad habendū sonū sic litteratū ⁊ distictū. ꝯre ⁊c. ¶ Ad rationē ꝓz ex dictis cū dicit̄ ille sonus ⁊c. verū est si habet figuram eandem nūero. sz ñ ē sic imo figuram eandē in spē ⁊ similem similitudie ꝓpinq̄. ⁊ ideo sonus non ē vnus simpliciter ꝑm nūe ꝛ. sz ꝑm spēm. quare ⁊c. Dicūt aūt nōnulli ꝙ echon nō est eiusdē spēi spāliss̄ime cū sono ꝑcedēte eo ꝙ sonus ꝑcedēs ē sonus vox ⁊ sonus ꝙ ē echon ē sonus nō vox cū nō fiat ex percussione cozpoz aiatoz adinuicē. Sonus aūt vox ⁊ sonus ñ vox sūt differentie diuisiue soni vt dicitur in tractatibus. ⁊ Albertus inuit hic. ⁊ ideo idē ꝑm spēm spāliss̄imaz non continet̄ sub istis. De hoc tñ nō facio magnā viz dūmō nō sint idē nūero ⁊ similitudinē ꝓpinquā habeant ad inuicē mō predicto. ⁊ forte ille nō sūt ꝺrie soni formales ꝑ se sz māles ⁊ q̄i ꝑ accñs. vl̄ ē diuisio totius ī suas ꝑtes. mō igre ō hꝫ q̄tū vis ⁊ potes ⁊c. ¶ Questio. XXIIII.

q Aerit circa capitulū de odore. Utrum odoz sit in medio realiter. Arguit̄ ꝓmo ꝙ sic. qz illud quod recipitur in aliquo recipit̄ in eo per modū recipientis ⁊ non ꝑm modū rei recepte. vt sumit̄ ex libzo de causis. modo aqua ⁊ aer que sunt media odozādi ⁊ recipiūt ipm odozem sunt entia realia ⁊ habent reale esse. quare ⁊c. ¶ Item multiplicatio ⁊ perceptio odozis impeditur a vēto. vt si flat ab ozi ente ipedit mꝫltiplicationē odoz ꝙ sūt vsus occidēs ad illos ꝙ sūt magis ad oziēm ⁊ ecōuerso. hꝫ āt nō cēt si odoz mꝫltiplicaret se solū spūal̄r ī medio. ⁊ nō bret i ipo eē reale. vt videmus ꝙ colozis mꝫltiplicatio nullatenus impeditur a ventis vndecūqz veniant. quare. ⁊c. ¶ Item odoz multiplicat se per mediuz successiue vt patet ad sensum. cum enim aliquod cozpus fetiduz icipit fetere ꝓius ꝓcipit̄ ab eo qui est ꝓpinquioz. et posterius tpe a remotioz. hoc non esset si multiplicatio odozis eēt spiritualis ⁊ ꝑm eē spūale. imo fieret ī instāti vt multiplicatio luminis ⁊ colozis. q̄re ⁊c. ¶ Oppositū arguit̄ auctozitate cōmen. super isto. c. cōmēto. 97. dicit enim ꝙ sicut color habet duplex eē. s. eē in cozpore colozato. et hoc est eē cozporale. ⁊ eē in diaphano. ⁊ hoc est eē spūale. ita ⁊ odor habet duplex eē. s. eē in cozpore odozabili. ⁊ eē in medio. ⁊ hoc ē eē cozporale. ⁊ aliud spūale. ⁊ illō est naturale ⁊ aliud extraneū. ¶ De questione est intelligendū sic̄ recitat cōmē. quidā existimauerūt ꝙ odoz nō separat̄ a cozpore odozabili. ⁊ quod habet nisi vnū eē tñ. s. eē cozporale. dixerūt enī ꝙ a cozpore odozabili resoluit̄ quoddā subtile cozpus hñs in se odorez quod vocat̄ fumalis euapozatio. ⁊ istud subtile cozpus hñs ī se odorē ꝓuenit vsqz ad sensus odozatus. et sic sentitur odor. et forte motiuū istoz fuit illud quod argutuz est ꝓius. Et signū huius posuerūt aliqui qō manifeste videmus. ꝙ odoreꝫ multoz cozpoz nō ꝓcipiunt̄ nisi post q̄z fuerint resoluta aliqua ī fumū subtilē ab igne aut alio calore. vt ꝓz in thure aut aliquo ꝑgameno aut pilo ⁊ hō multis que anteqz cōburant̄ parū aut nihil ꝓcipitur eoz odor. cum aūt ꝺburunt̄ ⁊ in fumū resoluuntur

tunc sentitur odor manifeste. ¶ Hanc autez opinionē improbat Cōmen. multū pulchre. quia sicut ipe dicit. videmus q multa aialia per sensum odoris mouentur ad suū nutrimentū pspaciū multaz terraz. sicut appz in vulturibus z tigribus que a. ꝟoo. miliaribus dicunt venisse ad locū ply qō accidit i terra grecoz sentiētes scz odores mortuoz siue cadauerū illic exñtiū. Etiam ponamus dicit Cōmen. q omne sensibile qō ꝓprehendit̄ pmediū extraneū debet sentiri ex oībus partibus essentialiter nisi aliquid impediat. Unde manifestum est q ille odor ñ solū fuit multiplicatus p. ꝟoo. milaria ad partem in qua fuerunt vultures z tigrides. sed etiā ad ptez oppositā per alia. ꝟoo. miliaria ad orientē. z per tot ad occidentē. z eadē ratione per. ꝟoo. ad austruz z p tot ad aquilonē z sic p duo mille miliaria mltiplicatus fuit odor. Si ergo odor nō ē nisi cū fumali euaporatōe tunc oportuit q ab illis corporibus resolueret corpus subtile quod extenderet ad totū illud spaciū. hoc autē videt irrōnabile oīno. ga maxima subtilitas z raritas quā pōt habere mā est raritas ignis vt dicit cōmē. mō si illa corpora quoz odor pcipiebat p tantā distantiaz fuissent oīno resoluta in ignē tamē adhuc nō potuisset extensa fuisse per tantū spaciū. quare nō videt q sit necessariū odorē esse semper cū tali corpore subtili resoluto a. corpe odorifero. ¶ Et possemus syllogizari sic. Si odor nō perueniret ad odoratū nisi cū fumali euaporatione vel tali corpore subtili tūc odor nō posset sentiri nisi p tantā distantiā p quantā distenderet z diffunderetur hꝰ corpus subtile z p quātūcūqꝫ spaciū sentiret odor p tantū diffunderet tale corpus subtile resolutuz a corpore odorifero. hec ꝟsequentia plana est oīno. sed ꝟñs est falsuz vt pz ex dictis. odor enī alicuius corporis p tātā distātiā pcipit q si totū illud corpus resolueret in corpus subtilissimū. s. in ignē non posset tātū extendi vt ad tantā magnitudinem perueniret. z hoc est facile videre in exēplo ꝓpinquioꝛi. Uidemus enim q cū cōburit̄ modicū ō sulphure odor eius sentit̄ p totū mediū quod est in vna magna domo. z si illud resolueret totū in ignē nō foret sufficiens ad replendū tantum spacium vt manifestum est cuilibet bene inspicienti. quare z̄c. ¶ Sed alig nitunt̄ impedire istā talē rōnez. qz dicunt q non fuit vnū corpus subtile cōtinuū qō ꝓtēderetur ab illis corporibus ad aues. sed aliqua pars subtilis illius euaporationis fuit illuc delata a ventis z īmutauit odoratū istoz aialiū. Hoc aūt est valde debile. qz sicut ille aues distantes per. ꝟoo. miliaria ꝓceperūt illū odorem sic alie ꝓpingoꝛes potuerunt ipm sentire z adhuc alie ꝓpingoꝛes circūquaqꝫ. z sic necessario redit q illō subtile corpus fuerit p totū illud spatiū. aut q odor mltiplicat̄ in aliqua parte medy sine hꝰ corpore. ¶ Item pcipimus manifeste odorē alicuius parui corporis i loco vbi nō est ventus p tantū spatiū q illud corpus si resolueret in ignē nō impleret ipm vt pz in exēplo ꝑdicto Si enī vna modica particula sulphuris cōburat̄ fetoꝛ eius pōt sentiri p totū spatiū domuꝰ magne. z tamē corpus illud si totū fiat ignis subtilissimus nō occuparet illud spatiū totū. ḡ z̄c. ¶ Jtē cōmen. ponit aliā rōnē ad idem si odor semper esset cū tali subtili corpore resoluto. aut aer intermedius īter odoratū z corpus odorabile cederet totus aut nō cederet illi corpi. q si ille totus ceedret hoc videt̄ multū irrationabile. z ideo Cōmen. relingt hoc pro inconuenienti. Sz pōt declarari. qz pari ratōe cū odor alicuius corporis exñtis in aqua sentit̄ oporteret illā aquā recedere a suo loco. cuiuꝰ oppositū videmuꝰ ad sensū. videmuꝰ. n. q aliquo corpore multū fetido exñte in fundo aque sentit̄ odor eius manifeste absqꝫ eo q aq̄ appareat māifeste moueri local̄r. ḡre z̄c. ¶ Si vero diceret q aer nō cedit illi corpori. tunc duo corpa eēnt simul̄ i vno loco ꝓpio. qō ē oīno ipossibile 4ᵒ phyꝰ coꝛ. ergo z̄c. Et ideo dico aliter ad questionem. ¶ Ad cuius euidentiā ꝓsiderandū q sicut dic Cōmen. z allegabat̄ in arguēdo. forma sensibilis habet duplex esse. vnū ē corporale aliud ē spūale. z inter ista duo esse diuersitas coīter assignat̄. qz esse corporale seu reale est esse extēsuz vel p se vel p accñs ita q forma habens eē corporeū habet partē extra partē. vt color exñs i superficie corpis terminati habet partez vnā i vna parte superficiei z aliā i alia. z sic vna eaꝝ ē extra aliā. similiter aūt z in alys formis sensibilibus suo mō. Esse āt spirituale est eē nō extensuz nec p se nec p accñs ita q forma habens eē spūale seu ītentōale nō habet vnā partē extra aliā. sz tota ē i ḡlibz pte subiecti i qua hz eē spūale. z nō vna pars i vna pte. z alia i alia. vt ītentio albedinis recepta i aere tota ē in vnaquaqꝫ pte illius aeris quo mediante videt̄ sic q vna ps eius nō ē ex aliā. z ipa forma habēs eē reale seu corporale i aliquo subo generat speciē seu formā ītentōalē in alio subiecto fm esse spirituale. ¶ Nec est querēda aliqua cā agēs ꝓpinqua illius ītentionis nisi forte cā dispositiua. sicut corpus luminosum dispōit diaphanū ad recipiēdū spēz color̄. ipa autē forma sēsibil̄ de sui nā hoc hz q gignat sibi silez i suo subo dispōsito. Sz illa diuersitas īter eē corporale z eē spūale forme sēsibl̄ ñ ē oīo māifesta. dubiū. n. vī q aliq̄ forma sit i aliq̄ toto subo. z extēso z tñ nullo mō sit extēsa nec p se nec per accidens nec habeat partez extra partem. ¶ Jtē recipiamus aliquē aerē mediāte quo videt̄ aliq̄ albedo z signemus vnā partē quātitatiuā illius aeris que sit a. z aliā partē eius z sit b. manifestū est q in pte a. est intētio illius albedinis. aliter enī nō posset illa albedo videri mediāte illa parte aeris. et sil̄r in parte b. est ītentio albedinis eadē rōne. aut igit̄ illa intētio albedinis que est in parte a. est oīo eadē cū illa intētione albedinis que est in parte b. aut nō ē penitus eadē. q si detur esse eadē penitus indiuisibil̄r nullo mō ex̄ illam tunc cessante intētōe albedinis exñte in parte a. corrūperet intētio exñs i parte b. hoc est falsū. qz si aliquod obstaculū interponat̄ inter albū z partē aeris a. statim deficiet spēs q̄ erat i parte a. z remanebit illa q̄ erat in parte b. cuius ꝓbatio euidens est. quia interposito obstaculo. s. corpore opaco inter ipm albū z partē aeris a. z nō iter ipz albū z ptē aeris b. nō videbit̄ albedo mediāte parte a. z videbit̄ mediāte parte b. sicut manifestū ē ad sensum. Relingtur ḡ vt videt̄ q alia est ītētio albedinis exñs in parte a. ab illa que est i parte b. z ex̄ sil̄r autē ē de alys partibus aeris. Ex quo videt̄ q ipsius ītentōis albedinis alia pars est in vna parte aeris z alia pars est i alia pte aeris. sil̄r aūt z in ceteris hꝰ. Uñ q forma spūalis recepta in medio z organo nullo mō sit extēsa nec per se nec per accñs z q nullo mō habeat partē q̄titatiuā ex̄ partē nō ē bñ manifestū. Et ideo dicunt aliqui q ipsa ītentio seu forma spūalis repñtans formā sensibilē bñ habet partē ex̄ partē vt oñsum est. sz tñ vnaq̄qꝫ illaꝝ partiū repñtat totā illā formā cuius est spēs z nō vna ps vnā z alia aliā ita q intētio albedinis exñs i pte a. repñtat totā illā albedinē. z sil̄r exñs i parte b. repñtat totā illā albedinē. z sic de ceteris. Cuius signū est quia si aliquod magnū albū repñtat̄ vno paruo foramine videbit̄ totū illud albū sicut videbit̄

vno magno foramine mediāte. dūmodo oculus sit in debita distātia ⁊ appositione ad illud albū. Dicaʒ ḡ ſm hoc q̄ esse corporeū ē eē extēsū ⁊ diuisibile aliquo mō tñ non quelz pars illius forme habens eē corporeum repzesentat totū. ⁊ sensus imutatus ab vna illaꝝ ptiuz nō cognoscit totā illā formā. vt visus imutatus ab vna parte albedinis exñt ī folio nō videt totam albedinez foly. Sed esse spūale est esse generatū a forma habēte eē corporale ⁊ reale cuius inq̄ esse vl̄ forme habent ī illud esse spūale quelz ps repñtat totā formā sensibilem ⁊ sensus imutatus ab vna pte illius itētōis forme spūal' cognoscit totā formā cuius ē intentio vl̄ spēs. Et sic forte intelligendū ē illud dictū q̄ forma spūalis ñ ē extēsa nec habens ptē extra ptē. ſ. quātū ad repñtatiōez ita q̄ vna pars solū repñtat vnā partez. ⁊ alia aliā. Sz q̄ nullo mō habeat ptes quātitatiuas nō bñ video. forma āt spūalis q̄ recipiť ī subiecto nō habēte magnitudinē sic spēs itelligibilis ī intellectu ita bñ ē idiuisibilis ⁊ penitus iextēsa sicut suū subm. Qō aūt forma spūalis exñs ī medio quāto ⁊ extenso nō sit penitus idiuisibilis ⁊ inextensa sic ꝓbať. Lōstat. n. ſm Az. in libro de sensu ⁊ sēsato q̄ cuiuslz sensibilis forme ē aliq̄ virtus finita. ⁊ determinata. ⁊ pōt mouere sensuz p aliq̄ō determinatum spaciū ⁊ finitū ita q̄ ñ vltra terminū eius. sicut albedo pōt mouere diaphanū determinate ⁊ finite quātitatis ⁊ nō vltra terminū eius. silr aūt ⁊ in alys. Recipiamus ḡ illā itentionē illius albedinis q̄ ē ī pte illa ī q̄ termiať mediū q̄ pōt imutari ab albedine hic existente. quero an illa intentio sit eque pfecta ⁊ fortl sicut in pte medy ꝓpinqua ipi obiecto aut minus fortl. ⁊ minus perfecta Si dicať q̄ sit eque fortis. ḡ ad tantā distantiaz poterit imutare mediū sicut ipm imutabat itentio exñs in pte medy ꝓpinqua. qō ē falsū. qz ponamus qō albedo non pōt videri vltra terminū illius partis ī qua ē illa intentio. ⁊ si ipa imutaret mediū vlterius ibi videreť albedo Si ḡ dicať q̄ itentio exñs in pte medy vltra quaz non videť albedo sit minus fortl ⁊ minus pfecta q̄z illa que est ī pte medy ꝓpinqua albo. tūc sequiť q̄ bō intentio sit partibilis ⁊ extensa aliqual'r. Impossibile. n. ē q̄ vna ⁊ eadē forma idiuisibil' ⁊ iextensa sit fortioz ⁊ debilioz. ergo videť q̄ ipa forma spūalis sit aliqual'r p accñs extēsa ſz quātitatē medy in quo est. Inquirendū ē igiť de illo esse spirituali qz satis pulchra speculatio est de hoc. ¶ Tunc dico ad. q. q̄ color bz eē spūale in medio saltez q̄ztū ad aliq̄s partes ipius medy. qō ꝓbať sic. aut odor est ī toto medio corporali. ſ. cū fumali euapozatiōe. aut est spūal'r in aligbus partibus ipsius medy. p sufficiētē diuisionē. Odor. n. cū sit q̄litas scōa ꝓñs ꝓmixtionē nō pōt eē real'r ī aere puro aut ī aqua pura. vñ necesse ē q̄ si sit real'r in istis medys q̄ hoc sit p tāto qz in corpore subtili resoluto a mixto odorifero ⁊ si real'r est per totū oz q̄ totū mediū sit plenū tali corpore subtili. Sed nō pōt ꝓtingere q̄ odor sit ī toto medio cū subtili illo corpore vsq̄ ad odoratū. qz sic nō pcipereť ab odoratu. vt plene repzobatū ē in ꝓbatōe illius pōnis. ḡ ⁊c. ¶ Sed est ꝓsiderādū q̄ q̄uis odor nō sit ſm esse reale p totuz ipz mediū vsq̄ ad odoratū tñ nihil ꝓhibet ipz eē real'r ⁊ cū fumali euapozatōe in aliqua parte medy ꝓpe corpus odorifeꝝ. imo etiā sicut ꝑuꝫ tangebať q̄dā sunt corpora quoꝝ odor sentiri non pōt saltē manifeste nisi resoluať ab eis aligs fumus p calorē. ⁊ tūc sentiť odor eorū. vt manifestū ē ithure ⁊ pilis ⁊ multis alys. Hec etiā ē cā q̄re magis sentiūtur odores in estate q̄z in hyeme. qz. ſ. calor solis ples fumos resoluit a corporibus odoriferis. vt manifestū ē. hec etiā ē cā q̄re odor alicuius corporis remanet p aliquod tps absente illo corpore q̄uiꝫ intentio coloris nō maneat in medio in absentia colorati. videmus enī q̄ cū aligs diu tenuerit in manu pomum aut aliud corpus bñ odoriferuz remanet ī manu odor silis absente ipo corpore. imo etiā corrupto ita q̄ sigs ponat manū quā appropiquatā tenuit ad illō corpus ꝓpe nasū ⁊ respiret sentiet odorez q̄si silem odorē ipius pomi aut alterius corporis bñ odoriferi aut mali odorati dūmō sit bñ fortis odor. q̄re ⁊c. Hoc aūt p tāto videť accidere qz ī absentia corporiꝫ remanet circa manū ille fumus subtilis resolutus ab odorifero corpore. cuius signū videť eē q̄ si manus bñ laueť aut fortiter abstergať nō amplius seruat illum odorē. ¶ Ad rōnes ¶ Ad ꝑmā cū dr. illud quod recipiť ⁊c. p eandē rōnem posset argui q̄ color sit realiter in medio. Sz qz ad arguere ⁊ multiplicare icōueniēs nō ē soluere. Jō dico aliter q̄ receptū ī aliquo recipiť p modū recipientl. veruz est ſm q̄ ipm recipiēs est natū posse recipere. modo q̄uis aer sit qd corporeū ⁊ reale. ⁊ silr aqua. tñ nō est natū recipere ipm odorez ſm esse reale ⁊ corporeuz simplr. sed ſm esse spūale. ¶ Aliter dr̄ q̄ illa ꝓpō ē intelligenda q̄tū ad vtilitatē ⁊ individualitatē ſ; nō quo ad spiritualitatem ⁊ realitatē. Pōt ēt cōcedi q̄ aer recipit odorē realiter accipiendo realiter ꝓut ē idem quod ꝑdicamētalr odoris. n. itentio recepta ī medio bñ est res ꝑdicamentalis cū sit ens actu extra aīam ⁊ nō solū ens p accidēs nec ens rōnis. ⁊ recipiť corporalr sic itelligēdo vt expositū ē. Sz nō eodē mō realitatis ⁊ corporalitatl sicut est in re subiecta. illud. n. esse reale ⁊ corporale ē eē magis fixū. aliud aūt minus fixuz ⁊ minus firmum. quare ⁊c. ¶ Ad aliaz cū dicit q̄ multiplicatio ⁊c. dico sicut dicit Lōmē. q̄ hec rō nō ꝓcludit q̄ odor sit semp cū corpore resoluto ab odorabili. qz silr sonus deferť ⁊ ēt impediť a ventis. ⁊ tñ nullus dicit q̄ sonus sit ī corpe resoluto a corpe sonifero. sic enī corpa sonifera ꝓsumerenť. ⁊ mirarenť p multiplicatiōez sonātiū. cuius oppositū patet ad sensuz. Sed ꝓ arguere nō soluit. iō dr̄ aliter q̄ odor est bñ ī medio realiter q̄ ad aliquā ptē ipsius ⁊ nō ꝓtigit ipz deferri a vētl. sz nō segť q̄ realr ⁊ corporalr sit p totū mediū q̄ ē iter odoratū ⁊ ipz corpus odorifeꝝ. q̄re ⁊c. ¶ Per idē ad aliā. ꝓcludit. n. odorē realr existere ī aliq̄ pte medy. sz ñ ī toto medio. ⁊ bñ ē bñ ꝓcessū. Qō. XXV

q Verať adhuc circa dictū aristo. ī ꝑncipio huius. c. Utrū hō habeat peiorez odoratū ceteris aīalibus. ¶ Arguiť ꝑmo q̄ nō qz nobiliozis aīe oz eē nobilioz potētia. hec est satis apparēs. qz potētia ꝓuenit a substātia. nūc aūt aīa humana ē aīa nobilioz ceteris aīabus. odoratus aūt bois est potētia aīe humane. vt manifestū ē. ḡ ⁊c. ¶ Itē ille odoratus ē melioz odoratibus ceteroꝝ aīaliū q̄ cognoscit oēs spēs odoris q̄s cognoscit odoratus ceteroꝝ aīaliū ⁊ adhuc q̄sdā alias. hec videť satis manifesta. ſz odoratus bois cognoscit q̄sdā spēs odoriꝫ q̄s cetera aīalia nō cognoscūt. vt dicit plane aristo. in de sensu ⁊ sensato. cognoscere enī odores q̄ sūt delectabiles ſm se vt odores floꝝ ⁊ vnguētoꝝ ꝑꝑuz est boī. ⁊ adhuc ipe homo p odoratū cogŋscit oēs spēs odoꝝ q̄s cognoscunt cetera aīalia ꝓbatio. qz sigs diceret q̄ odoratus ceteroꝝ aīaliū cognoscit aliq̄s speciez odoris quā hō nō cognoscit. Tunc q̄raʒ ab eo. vtrū ipe sic dicens intelligat eā speciez odoris an nō. ⁊ si nullo mō itelligiť ab eo illa spēs tūc nō ꝑt scire illā cōclonē. q̄ illa spēs cognoscaʒ ab alio aīali. qz ꝓplexio ⁊ affirmatio alicuius cū aliquo ꝑsupponit itel-

ligẽtiã vtriuſq; illoꝝ. vt hꝫ ex 3ᵒ de aĩa. Si aũt itelligat illã ſpeciez odozis tunc nec̃io ſeq̃ q; cognouit p ſenſuz aliq̃ indiuiduũ illius ſpeciei. itellcũs. n. nihil itelligit eoꝝ q̃ ſunt ex̃ niſi cũ ſenſu. vt dicit ariſto. in li°. de ſenſu ⁊ ſenſato. ⁊ ꝑmo poſter. dr̃. q; deficiente aliquo ſenſu nec̃io eſt deficere ſciaz de ſenſibilibus illius ſenſus. dũ mõ ille ſenſus deficiat a natiuitate. Si igit̃ ipi boi oino deficit ſenſus odozatus vt pceptiuus ẽ ſpeciei alicuius odozis quã aliud aĩal cognoſcit tunc hõ nõ poterit itel ligere neq; ſcire illã ſpeciem. ꝓcipue qz itelligentez quẽ cunq; neceſſe eſt fantaſma aliquod ſpeculari. 3ᵒ huius fantaſma autem fit a ſenſu ſecundum actum vt dicit. Aꝝ. 2°. huius. q̃re ⁊c̃. ¶ Jtẽ ad ꝑncipale hõ hz meliorez tactũ ceteris aĩalibus. g̃ ⁊ meliorez odozatũ. añs ponit Aꝝ. in lr̃a. ꝫña eſt apparẽs p cõuenientẽ ſimilitudinez. ¶ Oppoſitũ dicit Aꝝ. in littera i ꝑncipio capituli. ⁊ idẽ dicit cõmen. ⁊ Albertus. ¶ Ad euidentiã q̃ſtiõis itelligẽda ſũt queda3. ꝑmo q; ſic̃ inuit hꝫ albertus ⁊ hz videri in de partibus aĩalĩũ. ⁊ i anothomia. oꝛganũ odozatus eſt ſituatũ circa cerebꝛũ in ꝓte anteriozi ⁊ eſt ſicut duo coꝛpoza parua ad modũ papille mamillaꝝ. hõ aũt ſm q̃titatez coꝛpozis hz magis de cerebꝛo alys aĩalibus. vt pz ibidẽ. Cuius foꝛtaſſe cã eſt maioꝛ multitudo virtutũ vitaliũ q̃bus deſeruiunt partes cerebꝛi in boie q̃ in alys aĩalibus: ⁊ ipm cerebꝛ eſt ps frigidiſſima ⁊ hũidiſſima oĩuz partium coꝛpozis. Cuius ſignũ vt dicit Albertus eſt longitudo doꝛmitiõis hois. diutius. n. ⁊ frequentius hõ doꝛmit ceteris aĩalibus. ita q; medietas tpis vite homis ſomno deputaꝫ ſicut dicit Auer. in ſuo li°. de ſomno. Et ſup hoc dr̃ in ꝑ ethic. q; ſm dimidium vite nõ differt felix a miſero. ſ. q̃tũ ad hoc q; p dimidiũ tpis vite vteꝛq; ꝑuaꝫ actuali ſpeculatione. ⁊ alys opatiõibus aie rõnalis i q̃bus vl'i qua ꝝ nobiliſſima ꝯſiſtit felicitas hois vt oſtẽdit ibidẽ. Talis aũt lõge ⁊ diuturne doꝛmitõis cã vr̃ eẽ foꝛt frigiditas cerebꝛi rõne cuius ipm cerebꝛũ multũ inſpiſſat vapoꝛes aſcẽdentes a loco digeſtiõis ad cerebꝛũ ⁊ ſic fit lõgus ſomnus vt hz videri i ō ſomno ⁊ vigilia. Ulterius ꝯſideradũ ẽ q; cũ ſẽtire ꝓtingat i quodã pati a ſenſibili ſm ariſt. ad bonitatem ſenſus regrit̃ q; oꝛganũ ipſius ſenſus ſit bñ diſpoſitũ vt ſit bñ ⁊ pfecte imutabile a foꝛma ſenſibili. ⁊ iō ſi nõ eſt bñ imutabile ⁊ faciliter nõ ſentit bñ vt palã eſt i viſu. nõ eiz viſus bñ ⁊ pfecte cognoſcit coloꝛẽ cũ pupilla hz in ſe aliqd inãle ipediens ipſã bonam ⁊ pfectã imutationẽ a coloꝛe. ſil'r aũt ⁊ i alys. ¶ 3ᵒ notãdũ q; odoꝛ ꝯſiſtit ꝓcipue i calido ⁊ ſicco. cuius ſignũ manifeſtũ eſt q; odoꝛes multo melius ꝓcipiunt̃ i eſtate q̃ in hyeme vt ẽt accipit Alexãder i ō ſenſu ⁊ ſenſato. ⁊ iō ariſt. etiã dixit. Eſt aũt odoꝛ ſicci ſic̃ ſapoꝛ humidi. ¶ Sz hic eſt vnuz dubiũ ga illud q̃ neceſſario regrit̃ ad hoc q; oꝛganũ odozatus i mutet̃ ab odoꝛe nõ ipedit bonitatẽ odozatus. hec ẽ manifeſta. ſz frigiditas ⁊ humiditas regruntur neceſſario. ꝓbatio. qz ad hoc q; tactus imutet̃ ab aliq̃ qualitatum ꝑmaꝝ tãgibiliũ oz q; oꝛganũ eius habeat q̃litatẽ ꝯriaz illi qualitati. Uñ ariſt. dicit. q; ſil'r calidũ ⁊ frigidũ non ſentimus. Et cõmen. dicit plane in capitulo de tactu. q; ſenſibile ẽ ꝯriũ añ paſſionẽ. ⁊ ꝓpter hoc nos nõ ſẽtimus aerẽ cũ ipſe ẽ i diſpoſitõe nãli quã oz habere ſm q; ẽ locus nr̃. qz ſimilis ẽ nobis. vt Cõmẽ. dic̃ ibidẽ. g̃ ſimiliter ad hoc q; odozatus imutet̃ ab odoꝛe cũ odoꝛ ſit calidus ⁊ ſiccus oꝛganũ eius oz eẽ frigidũ ⁊ hũidũ. Poſſũ dicere q; bñ regrit̃ frigiditas ⁊ humiditas ſz aliquẽ gradũ tñ nõ regrit̃ i tãta excellẽtia quãtã hz oꝛganũ odozatuꝫ hois ꝓpter ꝑdictã cãm. imo iſta excellẽtia ipedit iſtam caliditatẽ ⁊ ſiccitatẽ odozatus. q̃uis. n. paſſũ i ꝑncipio ꝯrieꝫ agenti. tñ qualitas patientis põt eſſe ita foꝛtis. et excellẽs q; reſiſtit qualitati agentis ⁊ obuiet magis. ¶ His viſis dico bꝛeuiter ad ꝓs q; hõ hz minus bonũ odozatũ ceteris aĩalibus multis. cuius rõ ẽ. qz ille odoratus eſt minus bonus cuius oꝛganũ ẽ minus bñ imutabile ab odozibus. hoc pz ex tertia ſuppõne. ſz oꝛganũ odozatus i boie ẽ hꝰ. qz cũ ſit ſituatũ iuxt̃ cerebꝝ. vt dic̃ poꝛ ſuppõ. ⁊ ipm cerebꝝ hois ẽ magl frigidũ ⁊ humidũ q̃z i ceteris aĩalibus. vt oñſũ ẽ. nec̃e eſt q; ipz oꝛganum odozatus ꝯbat quãdã frigiditatẽ ⁊ humiditatẽ exceſſiuã ab ipo cerebꝛo. ⁊ ſic cũ odoꝛ ꝯſiſtat in calido ⁊ ſicco manifeſtũ ẽ q; oꝛganũ odozatus magis reſiſtit odoꝛi vl' eſt minus bñ diſpoſitũ ad recipiẽdũ ipz odoꝛẽ ſicut pupilla ſi haberet i ſe opacitatẽ eſſet minus bñ diſpoſita ad recipiẽdũ lumen. g̃ ⁊c̃. ¶ Et eſt ꝯſiderandũ hic q; bonitas virtutis cognoſcitiue nõ attẽdit̃ oino ex multitudine cognitoꝝ. qz virtus nobiliſſima cognoſcitiua. ſ. deus ipe nõ multa itelligit ſed vnũ. ſ. ſeipm. Nihil. n. itelligit ex̃ ſe ſm ariſto. i. ix. meta. textu cõmẽti. 5o. ⁊ ſm cõmen. ⁊ multotiẽs in. 3. huius. Sed bonitas huius vtutl attendit̃ magis ex pfectõe cognitõis ⁊ diſtictiõis ſicut etiã bonitas artificis nõ ꝓncipal'r attẽdit̃ ex multis artificys q̃ ipe põt facere ſz ex pfectõe ⁊ nobilitate ipius rei artificialis. vñ melioꝛ domificatoꝛ ſimpl'r diceret̃ q; ſciret facere vnũ genus domus nobiliſſimũ q̃ ille qui ſciret facere multas domos viles ⁊ nullã pfectiſſimaz. Modicũ. n. nobile nobilius eſt m'to ignobili. vt dicit cõmen. in 2°. celi ⁊ mundi. q̃uis igit̃ odozatus hois vel hõ p ſuũ odozatũ foꝛte cognoſcat plures odoꝛes q̃z alia aĩalia. vt ꝑbare videt̃ ſcõa rõ ꝑinducta. qz tñ q̃dã aĩalia pfectius cognoſcũt ipm odoꝛẽ q̃z hõ. cuius ſignũ eſt. q; de lõgiqua diſtãtia veniũt ad nutrimẽtũ p odoꝛis pceptionẽ. vt dr̃ ō vulturibus ⁊ tigridibus q; venerũt. 5oo. miliaria ad locũ pꝛely qō accidit i terra grecoꝝ. Et dr̃ etiã de canibus venaticis qui inſequuntur lepoꝛes. et hoc cognitõe ſui odoꝛ quẽ reliquerũt i via ⁊ tamẽ hõ nõ cognoſcit hꝰ odoꝛez ibi exñtẽ. iō dr̃ q; hõ hz minus bonũ odozatũ ceter aĩalibus multis. ⁊ hoc vult dicere ariſt. in lr̃a. ꝓaue aũt ⁊ ipfecte odozat hõ. vl' nõ odozat ſupple certitudinal'r ⁊ pfecte niſi cum leticia ⁊ triſtitia. Alios aũt odoꝛes q; nõ ſunt m'tũ delectabiles neq; triſtabiles aut nõ odozat aut ipfecte ⁊ debiliter odozat ⁊ iō enũciat ſimpl'r pñus. q; hõ habet peioꝛẽ odoꝛem. i. minus bonuz odozatũ multi aĩalibus. illa. n. aĩalia que habẽt minus cerebꝝ ⁊ ipm habẽt ſiccũ vel nõ multum hũiduz nec frigidũ melius diſcernũt odoꝛes ⁊ a lõginquioꝛi diſtãtia ꝓcrehẽdũt. Et hec ẽ plane itentio ariſt. i de ſẽſu ⁊ ſẽſato. capitulo. Spes aũt odozabiles. q̃re ⁊c̃. ¶ Ad ꝓma rõnez põt dici. q; maioꝛ eſt vera de ẽ tutibuꝫ ⁊ potentys ꝓpꝛys. ſed de cõibus nõ eſt neceſſe. ⁊ ſic eſt hic. nã odozatus nõ eſt virtus ꝓpꝛia homini. ſic enĩ ſine dubio nõ ꝓueniret alys aĩalibus. ideo ⁊c̃. ¶ Uel dicaꝫ q; vez ẽ ex pte aie. ⁊ tñ paccñs ꝓpter ꝯditionẽ iſtri cõtingit q; ſit minus bonus odozatus ipſius mõ predicto. ¶ Ad aliã pz ex dictis. ſi. n. exceſſus bonitatis virtutis cognoſcitiue ſup aliã ꝓueniret ex maioꝛi multitudine cognitoꝝ tũc foꝛte rõ ꝯcluderet. ſed nõ eſt ita vt videt̃. q̃re ⁊c̃. ¶ Ad aliã dixerũt alig q; hõ nõ hz optimũ tactũ imo aranea. vñ vſificatoꝛ. ꝓcellit aranea tactu. Sz hoc reꝛobat albertus. nihil. n. ſpiſſe pellis ⁊ frigide cõplexiõis ⁊ viſcoſaz habens humiditatez excellit tactu ſed habet tactũ q̃ſi ſtupidũ. cuius ſignum eſt qz aranea ẽt cũ tãgit̃ igne lẽto nõ cito ſentit. Qō aũt adducũt p ſi-

gno. q aranea ꝓcipit vermiculos tāgētes fila retis sui ad magnā distātiā. hoc nō est ex sui magna excellentia tactus sz ℞ ē ꝑ motū retⁱ qō cōtinuū ē. ⁊ mota vna parte cōtinui mouet totuz ꝛtinuū. Dicendū igit q nō est sīle de tactu hoīs ⁊ de eius odoratu. nā ipse tactus fundat ī cōplexiōe q̄litatū tāgibiliuz reducta ad quandā temperātiā. iō q̄to ipsa cōplexio nobiliōr ē ⁊ magis ad mediocritatez redacta tāto meliōr ē ipse tactus. ℣ Mō sine dubio hō iter cetera aīalia hz ꝓplexionez meliōrē ⁊ nobiliōrē sicut ⁊ ꝓpositionē. ⁊ iō meliōrē hz tactuz ceteris aīalibus. Et ex hoc ēt ē q bonitas tactus ē signuz bone discretōis ⁊ industrie. ⁊ i tīn q ēt inter hoīes magis iudicāt igenioſi ſm hoc q meliōrē habēt tactū qz meliorez habēt ꝓplexionē. Signū aūt istius bone ꝓplexionis vt dic Albertus ē tenuitas vnguiū ⁊ ſ btilitas capilloꝝ. hec. n. iudicant lucidos ⁊ ſubtiles esse ſpūs cordis q ad cerebꝝ veniētes optime deseruiūt virtutibus aīalis. ⁊ iō deseruiūt prudētie ⁊ idustrie ex qbus igēiosus ⁊ prudens efficit hō. ⁊ ad actū prudētie deueniet nisi p iertiā ōstruat aptitudinē nāe. ⁊ modicū añ hoc dicit pulchre q iter hoīes qcūq equaliōrē habēt ꝓpositionē habent eā i hoc q magis recedūt a cōtrarys ⁊ illi magis bonuz habēt tactū ⁊ aptiores sunt ſz idustriā itellectus. ita q forte tīn ad equalitatē reducereⁿ ꝓpō q videbunⁿ esse qdā dy terrestres oīa quasi p seipos itelligētes. ⁊ hi oēs sūt mollis ⁊ non laxe carnis que mollicies prouenit ex ficco bene cōmixto cū humido. ⁊ hoc est bene spirituosum subtiles generās spūs. q̄re ⁊c. Questio. XXVI.

c Jrca capitulū de odoratu queritⁱ. Utruz aialia respirātia ⁊ nō respirātia habeant eundē odoratū. Arguit ꝑmo q nō. quia hñt diuersas opatōes. ſ. odorare p respirationem ⁊ sine respiratōe. ¶ Jtē hñt diuersa obiecta. naz respirātia vt homines cognoscūt odores delectabiles ſm se. alia vo nō. ¶ Jtē sicut se hz sentire p mediū ⁊ sine medio sic sētire per respirationē ⁊ sine respiratōe. sed sentire p mediū ⁊ sine medio nō hñt vnū sensum. q̄ nec sentire p respirationē ⁊ sine respiratōe. ¶ Jtē virtutes orgāice sūt diuerse q̄rū orgāna sunt diuersa. vⁱr. n. diuersa orgāna sunt diuersarū formaꝝ. ¶ Oppositū arguit. qz alⁱ eēnt plures sensus q̄q gnq̄. sed hec rō nō valet. qz tactus nō est vnus sensus. ⁊ hoc nō obstante dⁱ q nō est alius sensus p̄ter gnq̄. ¶ Dico ad. q. q sic. qz hñt idez obm̄. ſ. odorem. ¶ Hic ē ꝓsiderādū q orgānū differt in mō formatōis. ℣ pone hic dubitatōez quā mouet cōmē. ℣ illā sīle dinē. ¶ Ad ꝑmā dicūt alig q verū est si diuersitas p ueniat ex diuersa habitudine sensibilis ad sensum. sed hoc nihil est. qz pfecte ⁊ distincte videre ⁊ ipfecte ⁊ idistincte pueniunt ex diuersa habitudine visibilis ad visum. ſ. ex ꝓpinqtate ⁊ distātia. ⁊ tīn nō arguūt diuersos visus. ⁊ iō dico q verū est si pueniat ex parte obiecti. ſz si ex parte formatōis orgāni nō oz. ¶ Ad aliā dico q habent vnū obm̄ ſm genus lz in percipiendo species diuersificenⁿ. ¶ Ad aliaz dico q nō ē sīle. qz illud puenit ex diuersa habitudine sensibilis ad sensuz. ſz nihil ē vt ꝓpus. Et iō dico q nō est sīle. qz ibi nō ē vnū ⁊ idem obz sicut hic. ¶ Ad aliā pōt dici q verū est si illa diuersitas orgānoꝝ est ꝓpter diuersitatē opatōis. ſz si ꝓpter aliaz cām. ſ. ꝓpter necitatē aliq̄ q̄ est in vno ⁊ nō in alio non oz. Et bene nō solutōez dubitatōis quā mouet cōmen. ⁊ totā istā qōnem ordīna ⁊ perfice diligēter ⁊ habebis grāz a bonis. ⁊ ēt a deo. q̄re ⁊c. ¶ Qō. XXVII

c Jrca capla de tactu q̄rit. Utruz tactuſ sit vnus sensus. Arguit q sic. qz ille sensus est vnus cuius est vnum instrm. dicit enim Cōmē. in isto ca⁹ q vnū instrm nō est nisi vnius sensus. Unde dicit sic. si caro eēt instrm sapozis nō apprehēderet tangibile. idē. n. sensus idē hz istrm. Ex qbus verbis videt manifeste velle q idē corpus ñ ē instrm diuersoꝝ sēsuū Ex q̄ ꝛcludit q caro nō sit instrm gustus neq̄ tactus. ſz solū mediū. ſz ipse tactus hz vnū instrm vt oēs ꝛcedūt. Neruus. n. ponit instrumētū tactus ſm arist. ⁊ Cōmē. i hoc ca⁹ ⁊ oīs ps corpis q̄ cognoscit calidū ⁊ frigidū cognoscit ēt humiduz ⁊ siccū ⁊ ez⁹ vt manifestū ē ad sēsū ⁊ sic vterq̄ tactus. ſ. ca. fri. hu. ⁊ sicci hz vnū istrz. q̄re ⁊c. ¶ Jtē si tactus eēt plures sensus tūc sensus eēnt plures q̄q gnq̄. sūt. n. aly q̄ttuoꝝ. ⁊ sic si tactus eēt plus q̄z vnus ſ. duo tunc eēnt ſex sensus ad minus. hoc āt vⁱ esse ꝓtra ari. dicentē. q āt nō sit alius sensus p̄ter gnq̄. q̄re ⁊c. ¶ Jtez si illa sensibilia q̄ minus cōueniūt ꝑcipiunⁿ vno sensu. igit ⁊ illa q̄ plus cōueniūt debēt ꝑcipi vno sensu hoc vⁱ manifestū. ſz lux ⁊ color minus cōueniunt q̄z calidus ⁊ frigidū ⁊ humidus ⁊ siccuz. cum lux celi sit incorruptibilis ⁊ color sit corruptibilis. oēs āt ille qualitates tāgibiles sunt corruptibiles. ⁊ sic magis ꝓueniūt iter se q̄z color ⁊ lux. ⁊ tīn color ⁊ lux cognoscunⁿ vno sensu. ſz visu q ē vnus sensus vt oēs cōcedunt. q̄ mlto magⁱ oēs qualitates tangibiles debent cognosci vnico tactu.

¶ Jtē res oīum p̄dicamentoꝝ pñt cognosci ab vna virtute. vtus. n. cogitatiua ꝓgnoscit oēs itentōes. i. formas idiuiduales oīum. x. p̄dicamētoꝝ. vt dic Cōm. i isto z⁹ q̄ multomagis oēs q̄litates tāgibiles pñt cognosci vno tactu vt apparet. q̄re ⁊c. ¶ Opposituz videt determiare arist. in littera. ⁊ ex p̄ssius Cōmē. ¶ Ad qōnem cōiter dicunⁿ duo. ℣ primuz q tactus non est vnus formaliter ⁊ essentialⁱ r imo plures sensus. z⁹ q ipse est vnus mālⁱ r. ℣ primū ꝓbat. qz oīs sensus vnus est cognoscitiuus vnius ℨrietatis p̄me. sed tactus nō ē hō. q̄ ⁊c. maioꝝ pz inducendo i alys sensibus. vt visus albi ⁊ nigri. ⁊ gustus dulcis ⁊ amari. ⁊ auditus grauis ⁊ acuti. Et ꝓbat cōmen. q obm̄ vnius sensus oz esse vnū ad minus ſm genus. nā si nō esset ibi aliquod q̄ō ille sensus possit cē vnus cū nō sufficiat vnitas analogie. quia sic multi sensus essēt vnus eo q obm̄ vnius haberet analogiā ad obm̄ alterius. debet esse q vnus ſm genus. sed vnius generis est vna ꝑma ℨrietas. vt pz ex ꝑmo phyſi. q vnus sensus est vnius p̄me ℨrietatis. minoꝝ apparet. nā tactus est cognoscitiuus calidi ⁊ frigidi humidi ⁊ sicci. Inter hec āt sunt plures p̄me ℨrietates. q̄rū vna nō reducit ad aliam. q̄litates enī actiue. ſ. caliditas ⁊ frigiditas nō reducunⁿ ad passiuas sicut ad eas q̄ in eis virtualⁱ r ꝛtinenⁿ vt durū reducit ad siccū ⁊ molle ad humidū. nec passiue ad actiuas. ⁊ sic iste ℨrietates nō possunt esse vnius generis ꝑping. q̄re ⁊c. ¶ Et sīgs obyceret q ēt aly sensus apꝑhēdūt plures ℨrietates. vt auditus acutū ⁊ graue ⁊ magnitudinem ⁊ paruitatem vocis. ⁊ tamen auditus est vnus. quare ⁊c. ¶ Ad hoc rñdet aristo. q nō est simile. qz q̄uis auditus cognoscat plures dⁱias. tīn est vnū obm̄ eius i quo cōueniūt. ſ. sonus. sed sic nō est manifestū qd sit vnū obm̄ absolutū tactus. tāgibile. n. qō est qd cōe ad oīa q̄ tactu cognoscunⁿ nō est qd vnū absolutū sed respectiuuz. ⁊ iō non est sufficiens ad hoc q tactus iudicetur vnus formalⁱ r. Cum enim sensibile sit obiectum cuiuslibet particularis sensus. similiter posset dici q omnes sunt vnus sensus. quod non est verum ¶ Et sīgs diceret q cōe obiectuz tactus absolutū ē q̄le. hoc remouet Cōmen. qz q̄le nō dicit vniuoce de istis q̄litatibus supple vniuocatiōe sufficiēte ad vnitatē sēsus

qꝛ q̄le ⁊ q̄litas est qđ cōe ad oīa oba sensuū ꝓoꝛ. q̄re ⁊c. Et hec qđē rō est arist. ⁊ Cōmen. ¶ Cōsiderāduz aūt qꝫ vt mihi videt arist. nō vtiť ista rōne tanq̄ demōstratia sz vt ꝓbabili ⁊ disputatiua. logť. n. ꝫ q̄sdā q dixerūt ipz tactū eē vnū ꝓpter ħ qꝫ hz vnū istm. s. carnē ꝫz eos. qđ ꝓbāt qꝛ tāgibile positū s̄ carnē stati sētiť. qđ nō esset si caro ñ eēt oꝛganū tactus. ¶ Posita g̈ rōe ꝓdicta remouet arist. istā eoꝝ rōnem ⁊ dicit. qꝫ ipm sensibile sentiri stati cū ponit supza carnē nō est bonū signū ad ꝓbādū carnē esse oꝛganū tactus. qꝛ siqs extenderet ymenez. i. pelliculā subtilē supza coꝛpus aialis tūc stati sentire poterit tāgibile positū supza illā. ⁊ tñ ꝓstat qꝫ hꝺ pellicula nō erit oꝛganū tactus. ⁊ iō ñ valet rō. ¶ Jtē arist. arguit ꝺ eos rōne sūpta ex tactu g ē i lingua. Si. n. tactus cōuiceret sufficiēter esse vnus ex vnitate carnis. vt illi dicebāt. tūc cū i carne lingue nō solū eēt tactus. sz ēt gustus ꝺcluderet. sil'r qꝫ gustus esset vnus ⁊ idez sensus cuz tactu. qđ tñ falsuz est. Uñ manifestum est qꝫ illa nō est rō sufficiens ad ꝓbāduz tactuz esse vnuz formal'r. Cū igiť ipi nō ponerēt tactū eē vnuz ꝓpter aliud. sequiť qꝫ ipi nō habēt ipm ponere vnū imo �fm eos demonstraretur qꝫ nō sit vnus. argueret. n. sic. si tactus eēt vnus hoc eēt ꝓpter vnitatez carnis. hec habeť ab eis. sz tactus ñ pōt iudicari vnus ex vnitate carnis. ⁊ ꝓbatū est. ⁊ sic arist. arguit cōtra cos. vñ mihi vř qꝫ Ari. in toto illo ꝓblemate an tactus sit vnus aut plures. nō determinat quid sit tenendū. sz disputatiue ꝓcedit. vt pz iſpicienti. cōmentū vř exꝑsse determinare tactū nō eē vnū formal'r. ⁊ ħ ēt tenet doctrīa cōis. ¶ Tūc dico vt cōiter ponit qꝫ tactus est vnus mā'r. qꝛ sensus g ē i vno oꝛgano ⁊ subo vř esse vnus mā'r. oꝛganū. n. seu subm sensus ē eius mā in q̄ vt manifestū ē. nč āt tactus est i subo vno. Quecūq; cuī ps coꝛpis sentit calidū ⁊ frigidū siue illa sit neruus siue aliqd aliud illa eadē sentit hūiduz ⁊ siccū ⁊ ꝛc. ⁊ sic ille tactus g est cognoscitiuuꝰ calidi ⁊ frigidi ñ hz aliō oꝛganū sibi subsistens ab illo g ē hūidi ⁊ sicci ⁊ ꝛc. secus aūt ꝺ esse i alys sensibus. ¶ Nā aliud dicit eē subz visus ⁊ aliud auditus ⁊ aliud odoꝛatus. Et sil'r neruus g ē i lingua est subm gustus q̄uis foꝛte idē sit oꝛganū tactus. tñ nō ois neruus g est subz tactus est subz gustus. ⁊ iō arist. dicit. nūc āt duo sunt ꝓpter qđ illud nō ꝺuertiť. Et foꝛte neruus g est subm gustus �fm aliā ꝓꝓoꝛtōez subyciť gustui q̄z tactui. sicut lz vnū ⁊ idē coꝛpus sit odoꝛifeꝝ ⁊ sapoꝛosuz tñ ꝫz aliā ⁊ aliā ꝓꝓoꝛtōez subuciť odoꝛi ⁊ sapoꝛi. vt hz videri i de sensu ⁊ sensato. ¶ Ad ꝑmā rōnē cū ꝺr. ille sensus est vnus ⁊c. illa pōt negari. cū ꝓbať p Cōm. dicēdū qꝫ ipse loqť ibi ꝺ illos g ponebāt tactū esse vnū. ipi. n. habuerūt ħ ꝺcedere qꝫ vnū instm nō est nisi vnius sēsus. ĩmo sup hoc sustentabāť ad ꝓbādū vnitatē tactus q̄re nō valet. ¶ Aliter dicūt alig qꝫ si hz vnū istm mā'r ⁊ formal'r bñ ē vnus sensus. mō tactus calidi ⁊ frigidi ⁊ tactus hūidi ⁊ sicci q̄uis hēat oꝛganū mā'r vnuz. vnus. n. ⁊ idē neruus ꝺtinuus ⁊ ꝓ totū est subm ambo ꝝ tñ ꝫz aliā ꝓꝓoꝛtionē est subm vnius. ⁊ alterius istoꝝ. ⁊ sic est formal'r diuersus. ⁊ istud vř satis rōnabile. Cū. n. ois sēsus ꝺsistat i aliq̄ ꝓꝓoꝛtōe aliquaꝝ q̄litatuz. vt dicit ari. i Ira manifestum est qꝫ alius ⁊ alius sensus formal'r requirit ꝓꝓoꝛtōez aliā ⁊ aliā formal'r. Possumus g̈ imagiari qꝫ vnus ⁊ idē neruus hz i se ꝛplexiōez i q̄ sunt caliditas ⁊ frigiditas ꝫm aliquā ꝓꝓoꝛtōez. ⁊ sic i ipsa fundať tactus cognoscitiuus calidi ⁊ frigidi ⁊ alioꝝ tāgibiliuz q̄ reducunť ad ista: ⁊ i eadē ꝛplexiōe est humiditas ⁊ siccitas ꝫm aliā ꝓꝓoꝛtōez. ⁊ sic ꝫz hoc est subm tactus ꝛgnoscitiui humidi ⁊ sicci ⁊ alioꝝ tāgibiliū q̄ reducūť ad hu-

midū ⁊ siccū. ⁊ sic ad illud. ¶ Ad aliā cū ꝺr qꝫ tūc sēsus ⁊c. dicēdū qꝫ siē ꝓus dicebať i qōe de sensu agēte. sensuꝰ nō debēt itelligi esse gnq̄z sic qꝫ vnusq̄sq̄z eoꝝ sit vnus �fm spēm. sed vnusq̄sq̄z eoꝝ est vnus i se aliq̄ mō. s. mā'r ⁊ subiue. ita tñ qꝫ illos. ꝰ. sēsus q̄s enūerat itelligit ꝺia ꝓncipia ꝓpinq̄ sensationū ꝑticulariū. ¶ Uel dicenduz qꝫ nō est itentio arist'l. qꝫ ꝑcise sint. ꝰ. sensus nisi sensu tactus cōputato ꝑ vno. Et silr dico qꝫ nō est itentio eius qꝫ solū sint. ꝰ. sensus nisi visus cōputet ꝑ vno. ⁊ auditus ꝑ vno q̄uis sint eētial'r plures. sicut ꝺputat visum ꝑ vno. q̄uis distictus sit formal'r i illum qui est visionis actiuus. ⁊ illū q est visionis receptiuus. ⁊ sic de ceteris. ¶ Ad aliā pōt dici qꝫ aliq̄ sensibilia magis ꝺuenire ad iuicē ħ dici pōt dupl'r. Uno mō q̄tū ad suas nās. Alio mō q̄tū ad imutatōez sensus ⁊ medy. Et si ꝑ mō magl cōueniūt q̄dā sensibilia q̄ alia. ⁊ nō ꝛ°. nō ē neče qꝫ ꝑtineāt ad vnū sensū. Mō dico qꝫ q̄litates tāgibiles magl ꝺueniūt adiuicē ꝫm suas nās q̄ lux ⁊ color. sič ꝓbať. tñ lux ⁊ color magl ꝺueniūt q̄tū ad imutationē medy et sensus. qđ sic ꝑz. nā color nō pōt imutare sensū aut medium nisi ꝺsposita sint luie. vt dictū ē ꝓus. sed calidū et frigidū nō regrūt humidū ⁊ siccū tanq̄z ꝺsponēs ꝑ se nečias ad recipiēdū imutatiōes ab eis nec eꝝ. ⁊ sic color ⁊ lux magl ꝺueniūt q̄tū ad imutatōez medy ⁊ sēsus q̄z ꝺcē q̄litates tāgibiles. q̄re ⁊c. ¶ Uel ē tñ qꝫ aliq volūt alr dicere. s. qꝫ color ⁊ lux �fm suas nās magl ꝺueniūt adiuicē q̄z oēs iste q̄litates tāgibiles. qꝛ ipe color ē idē eētialr cū luce. ⁊ drñt solū ꝫz accñtale ꝺsponē. color eni ē actus diaphani termiati. lux aūt ē actus diaphani ītermiati. vt dicit cōmen. i isto ꝛ°. Uñ imagināť isti qꝫ color ꝓꝑe dictus istoꝝ iferioꝝ coꝛpoꝝ mixtoꝝ ē essentialr idē cū luie. iō nō valet illa rō. Sed istud nō videť bñ rōabile. cū. n. lumē sit eiusdez spēi spālissime vt oēs cōcedūt. si qlibet color esset essentialr ipa lux seq̄reť qꝫ oēs colores essent eiusdē spēi spālissime. qđ ē absurdū. Et cōfirmať. qꝛ si albedo esset essentialr ipsa lux. et silr rubedo lux quedam quero vtruz i eētia ⁊ qditate albedinis ĩcludať aliqd aliud a luce aut nihil. ⁊ silr i eētia rubedis. si nihil tūc sequiť qꝫ cū lux nō sit nisi vnius spēi qꝫ albedo ⁊ rubedo �fm suas eētias ꝓꝑas sūt eiusdē spēi. Si āt ꝑter lucē aliqd aliud sit de essentia rubedis qđ distiguat eā ab albedie ⁊ ꝛ°. segť qꝫ rubedo ē q̄dā essentia ꝺposita ex diuersis rebus essentialr. qđ ē absurdū �fm oēs. ⁊ iō ñ valet ista rō. ¶ Ad aliā rōnē ꝑncipale. ꝺcedo qꝫ vna potentia cognoscit res oīuz. ꝛ. ꝑdicamētorū idiuidualr tm. sed illa nō est sensus ꝑticular'l ⁊ exterioꝛ sed vtus iterioꝛ ꝓhensiua de itus ⁊ supioꝛ ꝫm oꝛdinez dignitat'l oībus sensibus ꝑticularibus. s. vtus cogitatiua q̄ est ꝓꝑa hoī. vt dič cō. i ꝛ°. huius. ⁊ ista vtus est aliq̄ rō vt ipe dič. Si g̈ dicať. minus vř qꝫ vna potentia cognoscet res oīuz ꝑdicamēntoꝝ q̄z res vnius gnīs verū est de potentia q̄ est sensus ꝑticular'l ⁊ exterioꝛ ⁊ coīs oībus aialibus aut multis. sz ō potentia iteriozi ⁊ cōi ⁊ q̄ est ꝓꝑa hoī nō minus videť ipsā posse cogscere res oīum ꝑdicamēntoꝝ q̄z qꝫ sensus ꝑticular'l vnus formalr cogscat plres ꝑmas ꝛrietates. ⁊ sic ꝺtīgit i ꝓposito. q̄re ⁊c.

Querit Utrū tactus ¶ Qō. XXVIII.

q idigeat medio extrīseco. Et arguiť ꝓ qꝫ nō. qꝛ si sic tactus ñ esset tactus. qđ est absurdū. ꝓbať ꝺña. qꝛ tactus ꝑ tāto ꝺr esse tactus qꝛ cogscit suū sensibile tāgendo. vt videť manifestū. nūc si necessario idigeret medio extrīseco iterposito iter ipm ⁊ suū sensibile tč nō sentiret tāgendo. tāgentia. n. sūt q̄z nō est mediū. vt ꝺr. 5. phy. ¶ Jtē si tactus idigeret me-

